

non mutatur &c. l. Sancimus, C. de testam. l. Praecipimus in fin. C. de appellat. Item loquitur Concilium in privilegio fori: unde quoad privilegium Canonis si quis iudante & fori: unde quoad privilegium Canonis de quibus notatur in c. Alterreligiosa privilegia Clericalia de quibus notatur in c. Alterreligiosis in glossa in verbo Omnis privilegio, de bigam. lib. 6.

servabitur regula hujus cap. cum suis declarationibus, ut similiter ex Sacra Congregationis sententia dixi in d. c. si quis, num. 72. & 73. de foro competentis; & hic plene videas que requiruntur ex Concilio Tridentino, ad hoc ut Clericus fori privilegio gaudeat, ad num. 19. usque ad num. 72.



DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

Idem Innocentius III. in Concilio Generali.

CAPUT XLVIII.

Sacro approbante Concilio prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione praemissa & personis praesentibus idoneis, per quas (si necesse fuerit) possit probari monitio, promulgare praesumat: quod si contra praesumpserit, etiam si iusta fuerit excommunicationis sententia, ingressum Ecclesiae per mensem unum sibi noverit interdictum, alia nihilominus poenam multandum, si visum fuerit expedire. Caveat etiam diligenter, ne ad excommunicationem cujusquam absque manifesta & rationabili causa procedat: ad quam si taliter forte processerit & requisitus humiliter processum hujusmodi non curaverit absque gravamine revocare: gravatus apud superiorem deponat de injusta excommunicatione querelam, qui si absque periculo morae potest, ad excommunicatorem, illum cum suo mandato remittat, infra competentem terminum absolvendum: alioquin ipse per se, vel per alium, prout viderit expedire, sufficienti cautione recepta, munus ei absolutionis impendat, Cumque adversus excommunicatorem de injusta excommunicatione confiterit, excommunicator condemnatur ad interesse excommunicato: aliam nihilominus, si culpae qualitas postulaverit, superioris arbitrio puniendus: cum non levis sit culpa, tantam infligere poenam infanti: nisi forsitan erraverit ex causa probabili, maxime si laudabilis opinionis existat. Verum si contra excommunicationis sententiam nihil rationabile fuerit a conquerente probatum, idem & super injusta excommunicationis molestia per poenam ad interesse, vel aliam secundum superioris arbitrium condemnatur, nisi forsitan ipsum probabili error excuset; & super eo, pro quo fuerit iusta excommunicatione ligatus, per cautionem receptam satisfacere compellatur, vel in pristinam reducat sententiam, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observandam. Si vero iudex suum recognoscens errorem, paratus sit talem revocare sententiam; & is, pro quo lata fuerat, ne absque satisfactione revocet illam, appellat, appellations non deferat in hac parte: nisi talis sit error, de quo merito debeat dubitari; & tunc sufficienti cautione recepta, quod coram eo ad quem appellatum extiterit, vel de legato ab ipso, juri parebit, excommunicatum absolvat: sic que poenae praescriptae minime subiacebit: cavens omnino, ne voluntate perversa in alterius praedictum mentiarum errorem, si districtio- nis Canonicae vult effugere ultionem.

SUMMARIUM.

- 1. Prælatum excommunicare non debet nisi monitione præmissa, & ex manifesta & rationabili causa & n. 4.
2. Subditus qui falsò conqueritur se excommunicatum injustè, punitur.
3. Excommunicatio dicitur injusta ex causa, ex animo, & ex ordine & n. seqq.
5. Excommunicatio fertur propter contumacia præservantiam & n. 12. & n. 22. & n. 29.
6. Excommunicatio ferri non debet nisi trina monitione præmissa vel una pro omnibus cum competentibus diebus intervallis n. 16.
Et quid post Concilium Tridentinum n. 19.
7. Prælatum excommunicant unica monitione præmissa, non incidit in eam hujus Decretalis.
8. Monitio ex causa est arbitraria, & potest omitti quando est periculum in mora.
9. Monitio debet promitti quando excommunicatio fertur pro culpis præteritis, secus si pro futuris.

- 10. Monitio non requiritur si excessus sit notorius.
11. Contrarium.
12. Declaratur.
13. Monitio non est necessaria si excommunicatio fertur ad defensionem sui juris.
14. Prælatum Regularis si excommunicet Monachum non præmissa monitione, & non in scriptis, an incidat in poenam interdicti per mensum ab ingressu Ecclesie & n. seqq.
15. Regulares excusantur ab apibus Juris quoad extenuandam delicti gravitatem, non quoad excludendam delictum in totum.
17. Excommunicatio non præmissa monitione est injusta, sed non est nulla, nisi feratur in participantes & numer. 24. & 26.
18. Excommunicatio ex Concilio Tridentino non fertur nisi in subsidium, id est ubi executio realis, vel personalis in causis tam civilibus, quam criminalibus fieri non potest.

- potest & n. 25. & 35.
Si tamen feratur ea forma non servata est valida, & excommunicatus indiget absolutione n. 26.
10. Monitio ex Concilio Tridentino potest fieri etiam per edictum, sed de jure communi fieri debet personaliter.
21. Fallit in quatuor casibus hic positus.
23. Excommunicatio panis nulla est major in Ecclesia.
24. Separat à corpore Christi, & non insignitur nisi pro culpa mortali cum contumacia & n. 29.
27. Excommunicatio materia, & illius cognitio spectat ad iudicem Ecclesiasticum tantum & num. seqq. usque ad numer. 34.
28. Eius usus fuit in Ecclesia etiam temporibus Apostolorum.
30. Iudici seculari nefas est prohibere iudici Ecclesiastico ne quem excommunicet, vel mandare, at latam excommunicationem revocet.
Nefas, id est impium, & execrabile ibidem.
31. Parlamenti Doleus edictum circa censuras à iudicibus Ecclesiasticis latus improbat & n. seqq.
32. Excommunicatio ubi minus rite, recedens lata fuit, ad solam Superiorem Ecclesiasticam spectat errorem corrigere.
33. Episcopi & Prælati sunt executores Decretorum Concilii. Principes vero tantum sunt moniti, ut ad ea exequenda Prælati auxilium præstent.
34. Iudex si velit excommunicare contumaces an sit necesse, ut consistat in actis executionem realem vel personalem fieri non posse & n. seqq. usque ad n. 41.
35. Remedia severiora non sunt adhibenda, ubi leviora sufficiant.
36. Iudex debet iudicare secundum acta & probata.
37. Notorium iudicet, ut iudicet ex actis consistere debet esse tale.
38. Principis assertioni bene ob rebellionem publicantis non statuit, nisi de rebellionem consistat.
39. Excommunicationes ad finem revelationis relinquuntur arbitrio iudicis.
40. Auditoris Camera filius in censuris decernendis & n. 51.
41. Censura an possit relaxari contra unam ex duobus reus insolitum obligatis in forma Camera, si contra alium tamen possit fieri executio realis vel personalis & num. seqq. usque ad n. 54.
Et quid si ex instrumento obligati vel ex acta iudicario suspensionis censuratum jam legitime fuerit irrogata excommunicatio, & sic agatur de declaratione excommunicationis jam incurse n. 54. 55. & 56.
42. Obligati Camerae practica antiqua hic relata, sunt absoluta post Concilium Tridentinum, & reformationem Pii V.

- 43. Pensionarii declarari possunt excommunicati, etiam si contra eos executio realis, vel personalis fieri possit & numer. 56.
44. Censura secundum filium hostiernam obligationis Camerae non sunt relaxanda contra reus, si fieri possit executio realis vel personalis.
45. Pronomen ipsum, est personalissimum & demonstrativum ad oculum.
46. Reus duobus insolitum obligatis, creditur à quo maluerit potest debitum exigere.
47. Nec conventus potest opponere exceptionem dissolutionis, ut correus convenitur.
Declaratur n. 53.
48. Ordinario remediò quando locus esse potest, non est con- sultandum ad extraordinarium.
49. Fidei iussor excutiendus est prius, quàm deveniatur ad executionem principalis.
50. Confidessoris facultas aggregata censetur, cum quaeritur, an solvendum sit, principalis fidei iussor.
51. Excommunicationis ferenda causa in obligatis in forma Camerae est contumacia.
52. Iudex suum non tuum tibi denegat auxilium.
53. Iudex supplet ex officio, ubi veritatis periculum auimaram.
55. Excommunicationis gladius ex Concilio Tridentino in subsidium est adhibendus, ubi agitur de excommunicatione ferenda; non autem ubi agitur de declaratione excommunicationis jam incurse.
56. Tridentinum Concilium c. 3. vers. In causis sess. 25. non habet locum in pensionariis vigore litterarum, quibus cavetur, ut lapsò termino sententiam excommunicationis incurrant.
57. Incurrat verbum, importat excommunicationem ipso jure.
58. Monitoria ad finem revelationis quoad subditos Abbatis jurisdictionem quasi Episcopalem habitus petenda sunt à Sede Apostolica.
59. Et quid si Abbas habeat dictam jurisdictionem in una parte Diocesis, sed appellationes ab ipso ad Episcopum interponantur & n. seqq. usque in fin.
60. Prælati inferiores habent jurisdictionem in certa parte Diocesis duplici modo.
61. Nique negligentibus an succedat in eorum jurisdictionem Papa, an Episcopus.
62. Papa est iudex ordinarius exemptorum.
63. Prælatum inferior quomodo possit præscribere jura Episcopalia in aliqua parte Diocesis.
64. Appellatio ab inferiori Prælato ad Episcopum est effectus jurisdictionis habitualis ad Episcopum remanentis.

Sacro. Prælatum excommunicare non debet nisi monitione præmissa, & ex manifesta, & rationabili causa, & contrasententi poena imponitur. Secundo parit subditum, qui falsò conqueritur se excommunicatum injustè. Tertio dicit quid iuris si Prælatum dicens se errasse vult excommunicatum absolvere, & adversarius appellat. Secunda hic, verum. Tertia hic, si verò, Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. Abb. Felin. & Marc. Soccin.
Nota ex hoc textu sententiam excommunicationis dici injustam tribus modis, de quibus plene habetur in c. Episcopus, §. Si ergò, & c. Non debet, §. Cum ergò, 11. q. 4. & in c. Cum medicinalis, infra eodem lib. 6. & hic notant gloss. 3. Host. n. 3. Joan. Andr. n. 14. Butr. n. 18. & alii communiter. Primum enim dicitur injusta ex causa, id est quando non habet legitimam aut veram, ut patet in text. hic, absque manifesta, & rationabili causa, & latius dicam infra n. 5. 12. & 13. secundum ex animo, scilicet, quando fertur potius ad vindictam, quam ad correctionem: nam quod severius castigare necesse est non pleatur ferventis animo, sed mediocriter, c. Odo 86. dist. tertio ex ordine, scilicet quando competens monitio non præcessit, ut in littera, & notant omnes in sum. text. sicut enim citatio prærequiritur ad alias sententias, ita etiam monitio ad sententiam excommunicationis, quia excommunicatio fertur propter contumacia perseverantiam, c. Nemo, il secundo 11. q. 3. & hic Prepos. n. 3. vers. Item nota, quod nemo 6. Abb. supra in hac rubrica n. 1. Felin. hic n. 7. unde monitio requiritur, ut à contumacia desistat, ut bene hic per Butrium n. 2. Dicitur autem monitio competens, id est trina, c. de illiis, 24. q. 3. & c. Contingit, il secundo, supra eod. cum concordat. hic positus in gloss. in verb. Tertio, & hic notant gloss. 1. Host. in prin. in verb. Nisi compe- tenti, Butr. n. 20. Si tamen Prælatum excommunicaret sub- ditum unica tantum monitione præmissa non incurretur poe- nam hujus Decretalis, & quandoque expedit, ut fieri so- lendum Innocent. hic n. 1. in verb. Admonitione, arg. c. Tua, supra ad lit. non contest. & c. 1. in fin. q. 4. 1. Fagnan in V. Lib. Decretal.

Quin imò ex causa monitio arbitraria est: quod enim si pa- ratæ sint potest ad arma, & ad monitionem Episcopi lu- pervenientes nolunt à pugna desistere; & idè ad ipsos lu- frandos statim excommunicat omnes pugnantes: utique ab omni poena excusabitur, arg. l. Equissimum, ff. de spon- sionib. c. 1. supra de trebit. & fac. c. Si quis contristatus, & c. seqq. 90. dist. & notatur in c. Statuimus, §. 1. de offic. deleg. lib. 6. & hic firmat Host. in prin. vers. Vel ex causa arbitraria, subdens & alia multa posse asserre exempla, in quibus una monitio sufficit: plerumque enim nec tempus, nec locus patitur plenius deliberandi consilium, l. 1. ref. 1. ff. de exercit. act. & ff. de damn. infest. & propterea huc Decretalis cautè non dicit trina, sed com- petenti, quasi dicat arbitraria, arg. c. fin. supr. de transact. Et cum Host. concordat. Felin. hic n. 4. ubi alia relatio concludit Prælatum posse excommunicare non præmissa monitione, quando periculum est in mora. Et sit prima decla- ratio ad regulam hujus Decretalis.
Declaratur secundo, ut locum habeat si excommunicatio feratur pro culpis præteritis: fecit verò si pro culpi futuri, quia tunc nulla requiritur monitio, ut hic declarat Innocent. n. 1. Host. eodem n. qui ad hoc allegat c. fin. in fin. supra de locat. Joan. Andr. n. 2. & Felin. n. 5. plenè Lapus allegat. 73. Prælatum Regularis n. 1. & 2.
Declaratur tertio, ut non procedat si excessus sit noto- rius, quia tunc nulla requiritur monitio. Ita post Innoc. Host. Butr. & DD. concludit Felin. hic n. 3. in 1. limitat. Sed oppositum ex diametro determinat idem Innocent. hic n. 1. dicens monitionem esse necessariam etiam in no- toriis, & in omnibus præteritis. Et eum to idem verba sequuntur Host. n. 1. Joan. Andr. n. 2. Archid. n. 3. in 1. limitat. dignè n. 2. 12. q. 2. & notat gloss. 1. in c. Ecce, 24. q. 3. ubi ait esse hic argumentum quod monitio requiritur etiam in notoriis. Item gloss. in c. De illicita in verb. Man- nifestorum eadem caus. & quest. ubi similiter ait esse hic argumentum, quod in manifestis criminibus præcedit admo- nitio, Federic. de Senis conf. 11. incip. Quaritur an ex- communicatio n. 10. vers. Quod quarto, dicens quantum- 8 9



Declaratur tertio, ut non procedat favore Cultus Divini, quia tunc in privilegio fit lata interpretatio etiam in prejudicium tertii, ut per Calder. *conf. 421. alius 6. de privi.* quod est Petr. de Anchar. & Galpar. Calder.

Supra dicitur distinctionem in effectu possit hic breviter Joan. Andr. n. 10. *vers. In isto procedit*, ut enim contra concedentem esse largi interpretandum, contra alios, quorum jus laeditur, stricte, dummodo tamen privilegium aliquid conferat, & a verbis non recedamus.

Sed Anton. de Butr. *hic num. 7. d. fingit sic*: Aut privilegium privat legem communem & semper debet stricte interpretari, *cap. Privilegia 3. dist. 1. de rescriptis*. Aut privat legem privatam, id est consuetudinem vel statutum; & tunc latissime debet interpretari, ut hic probatur secundum intellectum eorum qui dicunt in hac Decretali fuisse impetratum privilegium de percipiendis fructibus à Canonico presente, quia obibat aliquid statutum, puta primæ residentis vel ordinum, ne prædicta perciperentur: qui intellectus magis placet Joan. Andr. *hic n. 8. in glof. 1. & pro eo facit littera hic, alius residentibus*.

Sed primum membrum hujus distinctionis videtur intelligendum in prejudicium tertii non autem in prejudicium concedentis, contra quem fit lata interpretatio etiam privilegium privet legem communem, ut in d. *cap. Quia circa de privilegio* & latius dictum est supra.

Denique in rescriptis ad lites planum est fieri stricteissimam interpretationem, *cap. Sedes, de rescriptis*. Tam quia præjudicant ordinariæ potestati, præbentque m teram litigandi & ideo sunt odiosa cum lites sint potius restringendæ, quam ampliandæ, *cap. Nonnulli, & cap. fin. eod. tit.* quia consueverunt impetrantes illis abuti, ut in d. *c. fin.* Tam demum, quia impunitatem est illi, qui potuit legem apertius dicere, *cap. Contra eum, de reg. jur. lib. 6. & ita concludit hic glof. fin. Host. num. 3. Joan. Andr. in fin. Butr. n. 7. vers. In rescriptis ad lites*, Abb. num. 7. *vers. Sed si datur ad lites & alii communiter*. Et idem dicendum in rescriptis ad beneficia; quia sunt ambitiosa & præjudicant ordinariæ potestati; & ideo fit in eis stricteissima interpretatio secundum Abb. in *fin. imò fortius in eis*, quia agitur de majori prejudicio, *cap. Quamvis de præben. in 6. ut per Butr. ubi supra*; & de materia vide glof. in *c. Licet de transact. & Legatus in l. Si quando, Cod. de inoff. testam.*

Tertio nota hic, nostrum aperiendum duximus intellectum, privilegia in dubiis interpretandum secundum intentionem concedentis, *cap. Dilectio infra eod. cap. Mandatum, & seq. de rescriptis, & l. Neratius, ff. de reg. jur. Innoc. hic in ver. Intellectum*; qui vero rescriptum Principis attulit vel malitiose interpretatur infamis est, ut inquit glof. nostra in *verb. Aliter quam docet*; & est expressum in l. 1. hic *Infamia notam jubitaro, eo quod vel astute cum interpretari voluerit, &c. C. de legib.*

Quarto nota in eod. vers. interpretationem privilegii pertinere ad Principem concedentem, concordat *cap. Cum venissent, de judic. Et est ratio*, quia ejus est interpretari cuius est concedere, *cap. Inter alia, supra tit. prox. cap. Sicut, §. Ex his, 1. 1. quæst. 1. l. fin. Cod. de legib. glof. 1. & DD. in dist. cap. Cum venissent Host. hic num. 5. in ver. Aperiendum, & Abb. n. 2.*

Hanc autem interpretationem potest facere etiam parte absente, ut hic. Sed circa hoc Innocentius distinguit inter modificationem & interpretationem, nam modificatio est cum aliquid detrahatur privilegio: & hæc fieri debet presentibus partibus, ut in *cap. Nuper, de decim. p. l. et tamen Papa etiam in absentia partium hæc modificationem facere: interpretatio vero, nempe ubi Princeps respicit de intentione sua, i quidem fiat extrajudicialiter, non est necesse, ut partes sint presentibus, sed talis interpretatio obicit partibus etiam absentibus & non vocatis, ita ut ad ejusmodi interpretationem servandam cogatur, ut hic patet; & talis dicitur proprie declaratio, *l. Hæredes talium, §. 1. ff. de Testam. ad hoc, cap. Cum tibi & cap. Dilectio, infra eod. Sin autem fiat in forma judici, tunc sive Princeps declarat secundum proprietatem verborum, sive aliter, hæc declaratio fieri debet parte presente vel citata, ut supra, *cap. prox. & latius hic per Innocent. num. 1. Host. num. 5. vers. Sed contra Anton. de Butr. n. 5. vers. Est etiam dare interpretationem, & Abb. 2. vers. Secundo collige.***

De multiplici autem interpretatione, quam hic profequitur Innoc. scripsi latissime in *cap. fin. de Constit. & in d. cap. Cum venissent, de judic. post glof. in cap. 1. in ver. Interpretatus, de postulat. Prætor, & glof. juris civilis in l. Si de interpretatione, ff. de leg. & Card. in c. Cui dilectus, de conjunctis.*

Quinto nota de privilegio super fructibus præbende in absentia percipiendis debent etiam manualia beneficia, seu distributiones quotidianas, si in Ecclesia nulli alii sint fructus à quotidianis distributionibus distincti, sed redditus omnes in his distributionibus consistant, prout erat in casu

hujus Decretalis, ponderando litteram hic, de communibus & in fine hic, de communis, quæ innuit Canonicos habuisse omnia communia, ut accurate observat Host. num. 1. in ver. Residentibus, & ver. De communibus, & fultus infra, num. 3. & Joan. Andr. numer. 1. in fine in eodem verbo.

Hujus conclusionis duplex est ratio. Altera quia in illis Ecclesiis ubi nulli alii sunt redditus quam hujusmodi manualia seu distributiones quotidianæ, si privilegiatus illas non perciperet, privilegium esset prorsus inutile, contra text. in *cap. In his de privi. & c. Si Papa, eodem tit. lib. 6. & fultus dictum est supra num. 14. quam rationem assignant Host. & Joan. Andr. ubi supra. Altera ratio est quia non datur Canonica sine præbenda, c. Relatum & c. Dilectus, il primo, de præben. & ideo in illis Ecclesiis, ubi non sunt præbende distinctæ, seu fructus, ut vocant, grossi, distributiones quotidianæ succedunt in locum præbende; quam rationem cum prima per Host. adducta ponit glof. *genult. vers. Et ad hoc facti & vers. Sed quid dicit, in c. unico de Cler. non resident. lib. 6. quam hic sequuntur Gem. §. Qui verò, num. 14. Franc. n. 8. & ceteri omnes, & scripsi latius in cap. Licet, num. 124. post glof. hic, supra de præben.**

Itaque in Ecclesia de qua agitur in hac Decretali, redditus omnes consistebant in his manualibus beneficiis: alioquin si diceremus in illa fuisse fructus præbende à quotidianis distributionibus distinctos, hæc Decretalis esset sine ratione.

Et, ut veris Host. utar num. 2. *vers. Est de talibus*, quærenti cur Papa concesserit hujusmodi manualia à fructibus distincta Canonico privilegio super fructibus in absentia percipiendis, non possum respondere, nisi quia ita placuit, ut *cap. In memoria, 19. dist. & Instrat. de jure natur. §. Sed & quod Principi, isquitur Joan. Andr. n. 2. id est, non debuit Papa hic interpretari, ut explicat Butr. n. 6. *vers. Videtur*: nam cum distributiones quotidianæ ubi sunt fructus distincti, non dentur his qui in servitio Episcopi vel etiam Papa sunt, nec Theologus studentibus, ut *c. De cetero, c. Cum dilectus & c. Ad audientiam, de Cler. non resident. lib. 6. & c. Licet, de præben. per quam durum esset, ut Papa illas concederet huic Canonico, & ita esset pro ratione voluntas. Adde quod generaliter dispensatus super fructibus in absentia percipiendis, percipere debet fructus præbende tantum, non autem distributiones quotidianas, ut est text. in *cap. Licet de præben. secundum intellectum Abb. & aliorum, ut hic dixi in princ. Rationem reddit glof. in capite unico, in ver. Adferunt, de Cler. non resident. lib. 6. & Joan. Andr. hic numer. 5. in ver. Plene*, quia dispensatio hæc facit ut Canonicus reputetur pro presente, non autem pro interefente Divinis Officiis, sed si presens esset & Officiis non interesset, has distributiones non perciperet, ut in *dicto capite unico*. Ergo nec dispensationis vigore percipiet; & quamvis secus esset si diceretur in gratia, ut reciperet, ac il presens esset, & Divinis Officiis interesset tamen subdit glof. se nunquam vidisse talem formam ab Apostolica Sede emanasse. Nec eam formam observavit Papa in terminis hujus Decretalis, sed simpliciter rescriptis, ut Canonico Padavano daretur præbenda, quæ tantum residentibus de communi conferretur; unde dicendum est in ea Ecclesia non fuisse corpus præbende distinctum, sed omnia consistisse in quotidianis distributionibus; quomodo Decretalis fulcitur optima ratione & vitantur omnia contraria. Et hunc esse verum intellectum hujus textus affirmat & pluribus comprobat Host. num. 3. Joan. Andr. n. 2. quos referunt & sequuntur glof. *pragm. sanct. tit. Quo tempore quisque debet esse in Choro, §. Jubeat, in ver. Distributiones & Paris. conf. 32. num. 7. lib. 4. de quo vide quod scripsi in eodem capite. Licet in 2. membra principia, in l. fallentia, num. 124. & seq. de præben.***

Itaque inspecta juris communis dispositione, Canonici privilegiati super fructibus in absentia percipiendis lucrantur sine diminutione hujusmodi distributiones, ut hic patet in fine hic, *plene sicut uni ex aliis residentibus*. Verum post Concilium Tridentinum quod in *cap. 31. sess. 21.* jubet converti tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas, sic absentes percipere debent tantummodo duas tertias illarum partes, amissa alia tertia qua inveniuntibus accrescit, ut fultus ostendit in *c. De cetero, à num. 29. usque in fin. de Cler. non resident. & in d. c. Licet, num. 126. de præben.*

Ultimo nota manualia beneficia esse proventus illos qui diebus dividuntur inter eos qui Divinis Officiis interant, ut per glof. 2. Innoc. & Joan. Andr. in ver. Et manualia; & sic appellantur; qui traduntur de manu in manu illis tantum qui singulis diebus & horis personaliter interfunt sicut fit pluribus in locis, ut melius Ecclesiæ serviant quia talis interest pro denario qui non interesset pro Deo, ut veris Host. hic n. 2. in eod. ver. Et manualia, qui prop-

terea etiam concludit sic interessentes non committere quidem simoniam veram, cum nulla pacto, nulla conditio expressa intercedat, sed tamen graviter peccare & committere simoniam mentalem, pro qua sufficit sine dispensatione aliqua per solam poenitentiam suo satisfacere Creatori, de quo dicitur ut legitur & notatur in *c. Tua nos & c. fin. supra de simon.*

Itaque Papa hic appellat manualia beneficia distributiones quotidianas, quæ scilicet Canonici quotidie pro diurnis & nocturnis horis distribuuntur sine fraude: quæ sunt verba Extravag. *Cum nonnulla, la prima, §. Præterea, de præben.* quæ etiam alibi vocantur vidualia, ut in *cap. De cetero, supra, de Cler. non resident.* & utriusque nuncupationis meminit textus in *c. unico, eod. tit. lib. 6. hic, distributi, nec quotidianas quæ aliis manualia beneficia seu vidualia nuncupantur.*

Quæro, an proventus qui in fine anni dividuntur inter eos tantum qui Divinis Officiis interfuerunt pro rata Servitii cuiusque horæ, sint verè & proprie distributiones quotidianæ: ita ut propter ea illis non sit contribuendum Seminario erecto, juxta formam Concilii Tridentini in *cap. 18. sess. 23.*

Hic casus contingit in prima Congregatione Concilii cui ego interfui ut Secretarius, die 20 Aprilis 1613, in Collegiata Ecclesia Aquavivæ Barensis Diocesis in qua non sunt præbende distinctæ, sed redditus omnes dividuntur non quotidie, sed in fine anni inter Canonicos, habito tamen respectu ad servitium quotidianum cuiusque horæ: ita ut qui minus Ecclesiæ in foro interfuerit, minus percipiat. Et orra controversia inter Archiepiscopum Barensis & Capitulum prædictæ Ecclesiæ, an ex redditibus & proventus hujusmodi esset contribuendum Seminario ad præscriptum *d. c. 18. sess. 23.* emanavit propositum dubium.

Pro cujus solutione supponendum est esse distributionibus quotidianis non esse contribuendum Seminario, quia Concilium in *ead. c. 18.* in ver. *Et quia ad Collegium fabricam*, jubet detrahi portionem Seminario applicandam ex fructibus integris mensis Episcopalis & Capituli, Dignitatum, Canoniciatum & beneficiorum quorumcumque, fructuum autem appellatione non veniunt distributiones quotidianæ, ut probatur in *c. unico, de Cler. non resid. lib. 6. in c. fin. In illis de concess. præben. eod. lib. & in c. Licet, & hic dixi in 1. not. supra de præben. & decidit Callador. dec. 1. de Cler. non resid. unde ex his distributionibus quotidianis non esse contribuendum Seminario lapsus respondit S. Congregatio Concilii; & consuluit Mandof. *conf. 15.* quem recentiores communiter postea secuti sunt.*

Quibus præhabitis verius videretur proventus hujus redditus de quibus agitur, esse verè & proprie distributiones quotidianas, quia tametsi dividantur in fine anni: hoc tamen fit gratis commodioris solutionis; & cum dividantur inter eos tantum qui Divinis interfuerunt pro rata servitii diurni; & absentes nihil percipiant: hinc necessario concluditur ut sine quotidianæ: textus est in Extravag. *Postulasti Rom. XXII. ver. Licet autem de præben. cui non adverterat Extravag. Cum nonnulla, la prima, §. Præterea de præben.* ut probavi in *cap. Licet, n. 20. eod. tit. & ita firmat Rota apud Achil. dec. unicè de distribut. & Caputaq. dec. 29. tart. 2. & in individuo redditus hujus Ecclesiæ Aquavivæ esse distributiones quotidianas, non obstantes quod dividantur in fine anni, decidit Rota coram Cardinali Seraphino, *decisione 1141. num. 2.**

Nec relevat responsio Archiepiscopi, quod Rota intellexerit de relictis incertis qui diebus distribuuntur jmo eorum decisio seraph. loquitur aperte de his redditibus qui dividuntur in fine anni; & sic de certis, ut in ver. *Neque obviare quid non videatur &c.* Et pro hac parte etiam relictis Sacra Congregatio: licet unà tantum parte informante, ut in litteris ad Archiepiscopum datis: unde in hoc non videtur ulterius immorandum, cum pro Capitulo extet decisio Rotæ & resolutio Sacre Congregationis.

Tantum superest ut respondeatur ad objecta quæ sunt pro Seminario.

Opponitur enim primo quod emolumenta prædicta percipi contineverunt in absentia ab Archiepiscopo & aliis justis Sacre Congregationis Episcoporum assignata fuerunt cuidam Canonico ludorum causâ abenti: ergo non sunt distributiones quotidianæ, quas non lucrantur absentes ex prædicta causa, *capite Postulati, §. Licet autem & capite, Cum nonnulla il primo, §. Præterea de præben.* in Extravag. commun. nec valet contraria conclusio, *c. unico, de Cler. non resid. libro 6.*

At respondetur adversus Archiepiscopum extare decisionem seraph. *supra cit.* quæ resolutum fuit ei non esse dandum mandatum de manutendo in perceptione prædictorum emolumentorum in absentia, quia cum sint distributiones quotidianæ, restitit jus & Decretum Concilii Tridentini in *c. 12. sess. 24.*



348 eum executio facili sit: videtur suaderi posse ex infra scriptis.

Primò, quia quando duo sunt obligati in solidum, sunt etiam duæ principales obligationes pariter potestatis, l. si reus & l. eadem in fine, de duobus reis, nec una dependet ab altera. Ergò concurrentibus in unum requisitis à Concilio de secundum formam obligationis, censurarum relaxatio fieri poterit contra eundem. Requisita à Concilio adfunt, quia supponitur contra eum executionem fieri non posse. Item adeit debitum, obligatio Camere, præceptum iudicis & monitio contra ipsum facta nec non ipsius contumacia. Quare si poena delicti tenere debet autorem, leg. Sancimus, Cod. de poenis, excommunicatio huic debita est ponderando pronomen ipsum, in dicto cap. 3. appositum, quod est personalissimum & demonstrativum ad occultum, ut Baldus ait in cons. 304. Nobilis vir, num. 1. in fine vol. 3. Soc. jun. cons. 144. n. 14. volum. 3.

45 Secundo ubi sunt plures, rei creditor potest exigere debitum à quo voluerit, l. 2. C. de duobus reis, nec auferenda ei est hæc electio, l. exprimere eod. tit. at auferretur, si omnia viâ censurarum contra unum, teneretur iavitus alium excutere: ergò &c.

46 Tertiò ipse reus convenit utpotè principalis, non potest opponere exceptionem dissolutionis, ut correus conveniatur, Alex. cons. 32. num. 12. vol. 4. Gabr. com. concl. lib. 3. de fid. iuss. concl. 7. n. 84. & n. 99. concl. 2. in fin. ergò neque iudex.

47 Quibus tamen non obstantibus, æquale videtur & proprius ad mentem Concilii, ut quoad alter correus solvendo est & contra eum executio fieri potest, abstinere iudex à censura contra alterum. Primò, quia cum re inspecta una tantum sit obligatio correorum, l. 3. §. Ubi duo, eod. tit. & actio que ex obligatione oritur, sit jus prosequendi quod sibi debetur, iussit. de act. in princ. fulgere debet creditor, ut à quocumque sibi obligato debitum consequi possit, ut ab actione subsidiaria que ulimum affert prædium excludatur, arg. §. sciendam, inst. de iur. iud. int. ergò similiter iudex abstinere à censuris que duntaxat in subsidium decernuntur etiam in vim obligationis Cameralis.

48 Confirmantur, quia acceptio plurium reorum est remedium provisum ab homine & excommunicatio est remedium juris: ergò quoad potest esse locus remedio ordinario, non est confugiendum ad extraordinarium, Bart. in l. 3. in princ. de nov. oper. nunc.

49 Secundo, antequam ad incarcerationem debitoris perveniatur, excutiendus est etiam fideiussor, Roman. cons. 320. in princ. ergò antequam innotetur vinculo excommunicationis unus reus, alterius rei facultates executione erunt. Facit quia fideiussoris facultates aggregatæ censentur, quando quiritur an solvendo sit principalis fideiussor, l. si plures, §. Præterea, de fideiuss. juncto quòd ubi sunt duo correi, partes quoque à singulis peti possunt, quemadmodum à reo & à fideiussore, l. 3. de duobus reis.

Tertiò, per Concilium quodcumque in una causa potest alter fieri executio contra reos, à censuris abstinendum est, d. cap. 3. §. In causis verbis. At quando pro eodem debito duo sunt obligati in solidum, una causa est & una obligatio: ergò non potest non iniquum videri, ut uno sustinente, censuras, nihilominus fiat, seu fieri possit pro eodem debito executio contra alterum.

Non obstat, quod videatur auferri electio creditorum & quodammodo id, quod inducitur est in ejus favorem, in odium retorquetur, quatenus cogitur exigere ab eo, à pacto hominis non esse causam hujus excommunicationis, sed contumaciam & delictum sprete præcepti iudicis, ad tradita per DD. in cap. P. G. de off. deleg. & declarat. Galef. in 2. par. quest. 3. fol. 83. unde iudex denegando hoc casu excommunicationem, suum non tuum tibi denegat auxilium, juxta dictam glossam in l. Siue apud aha, in verb. Pacto, C. de transact. text. in l. Ex asse ff. ad Trebell. Non obstat quòd ipse reus non potest opponere hujusmodi exceptionem quia iudex supplet ex officio suo, prout sepe facere debet, maxime ubi vertitur periculum animarum ad nota per Abb. in cap. In litteris, in princ. de restitut. spoliat.

Non obstat, quod Concilium in verbis nihil dispoat expressè hoc casu, quia satis ostendit in sua ratione quid observandum & quanta cum circumspectione hoc remedio utendum sit, cui concordat forma obligationis, secundum quam ad censuras non devenitur, nisi in subsidium & ita resolutum, ut in subjecta declaratione videlicet. Præsupposito quòd sint duo in solidum obligati in forma Camere pro eodem debito & quod contra unum tantum possit deveniri ad executionem realem, vel personalem; An contra alterum, contra quem non potest fieri executio realis vel personalis, possint ad instantiam creditoris in subsidium relaxari censuræ: Sacra Congregatio censuit non posse.

49 Quis decilio videtur intelligenda juxta novissimam fag-

mulam obligationis in forma Camere præscriptam Constitutione Pii V. secundum quam non irrogatur censura nisi in subsidium. Quòd si obligatio contineret præceptum de solvendo sub poena excommunicationis ipso jure juxta antiquum formulam, esset fortis, ut declaratur ex sequenti decisione, edita tempore Cardinalis Aleacti.

Cum Titius & Mævius essent obligati in solidum & in forma Camere ad solvendum Sempronio certam pecuniarum quantitatem & Titius solvendo non esset, Sempronius contra eum ad censuras procedere volebat. Sed cum Mævius dives Sempronio satisfacere posset, fuit dubitatum an Conc. 3. sess. 25. In causis, obitaret Sempronio, ut contra Titium ad censuras procedere non posset ex eo, quod poterat sibi à Mævio correo satisfieri. Cum visum esset Instrumentum obligationis, in quo erat clausula, quod lapso termino incurrat excommunicationem, ut in pensionariis: Sac. Congregatio dixit, quòd si ex instrumento obligationis in forma Camere, vel ex actu iudicio susceptionis censurarum appareat, quòd valide & ab habente potestatem fuerit jam irrogata excommunicatio, ita ut nunc non agatur de irroganda excommunicatione, sed declarandi tantum, jam irrogatam fuisse legitime; sique sit declaratio excommunicationis jam incurse: non intrare tunc decretum Concilii. Quòd si nulla excommunicatio facta jam appareat, tunc intrare Concilium & locum habere, ut scilicet non imponatur excommunicatio Titio, si aliunde potest creditor suum consequi, adiciendi erit, quòd etiam susceptio censurarum valida fuisset, non tamen est excommunicatio facta, sed solum præsensus consensus excommunicationi faciende à iudice; & ideo si nondum factus iudex, & creditori possit aliunde satisfieri, debet abstinere; & ita elicitur ex praxi, quòd servatur in susceptione censurarum, ut fiat per mensem diligentem, si aliunde, & postea relaxatur mandatum.

Tertiò quarto, an cap. 3. sess. 25. Tridentin. Conc. vers. In causis, procedat in pensionariis vigore litterarum Apostolicarum, quibus inserta sunt illa verba, elapso termino, sententiam excommunicationis incurrat.

Ad hoc dubium Sac. Congregatio respondit, non procedere, quia cum verb. Incurrat, importat excommunicationem ipso jure, Tiraquell. in l. Si unquam, in vers. Revertatur, num. 145. & 146. C. de revoc. donationib. lata jam à Papa sententia, Auditor Camere & quilibet alius inferior non potest non exequi sententiam & licet Concilium dicat in procedendo, intelligitur quando iudex ex se procederet, non quando Papa jam excommunicavit.

Quarto, quare, postea decisione Sacre Congregationis, qua declaratum fuit jus decernendi excommunicationes, quæ pro rebus perditis, vel subtrahis ferri solent, quoad subditos Abbas exempti & jurisdictionem quasi Episcopalem habentis non pertinere ad Episcopum, sed ad eundem esse Sedem Apostolicam.

An hæc decilio procedat in casu, quo Abbas habeat quidem jurisdictionem quasi Episcopalem in certa parte Diocesis, sed appellaciones ab eo ad Episcopum interponantur. Videtur respondendum non procedere, nam inferior Episcopo potest habere jurisdictionem in certa parte Diocesis duplici modo prout nulla jurisdictione Penes Episcopum remaneat neque actu, neque habitu, ut fit exemptus & immediatè subiectus Pape, quo casu data negligentia, vel impotentia ipsius, non succedit in jurisdictione Episcopus, sed Papa, Abbas in cap. Grave, ad fin. per illum text. de off. Ordin. Felin. in cap. Irrefragabili; in princ. vers. Declarat prædicta, eod. tit. Et hoc casu propriè procedit decilio Congregationis: nam cum Concilium ademerit in inferioribus jus decernendi hujusmodi excommunicationes, in casu impotentis illorum non debet succedere Episcopus, nullam habens in eorum subditos jurisdictionem neque in actu, neque in habitu, sed Papa, qui est iudex ordinarius exemptorum, Doctores in cap. Si Papa, eod. tit. & lib. 6. gloss. in cap. Autoritate, in verb. Sedis Apostolicae de privileg. lib. 6.

Secundo modo inferior potest habere jurisdictionem actu, ita ut habitu remaneat penes Episcopum, ut puta per privilegium, quòd tribuit huic inferiori jurisdictionem, sed eum non subijciat immediatè Pape, vel si hic inferior non habeat privilegium, sed per prescriptionem acquisiverit jurisdictionem in certa parte Diocesis, quo casu non potest eam ita præscripsisse, ut constituat caput in eadem Diocesis parte, cum una Diocesis non possit habere duo capita, sed ita potuit acquisivisse, ut ipse sit sub Episcopo & Episcopus habeat universalem jurisdictionem habitu, secundum opinionem Host. & Ant. de Butr. in cap. Cum contingat, de foro competen. quam ibi sequuntur Abb. num. 18. Felin. d. cap. Irrefragabili, in princ. Bald. de prescript. in 1. par. §. partis princ. quest. 11. num. 9. Rota dec. 114. num. 1. & 2. In hoc secundo casu cum Concilio ademerit hujusmodi inferiori jus decernendi excommunicationes ad effectum revelationis

tionis, illud videtur pertinere ad Episcopum & non esse necesse adire Sedem Apostolicam: nam hoc casu jurisdictione habitualis, que est penes Episcopum operatur, ut cum inferioribus vel non vult, vel non potest exercere jurisdictionem, in ea Episcopus cedat & habitus reducat ad actum, Abb. d. cap. Cum contingat, num. 13. & in c. Ceterum; num. 5. de iudicis, Bald. ubi supra. Nos veriamur in secundo casu, quo jurisdictione habitualis est penes Episcopum, quia ut in dubio supponitur ab inferiori habente jurisdictionem in certa parte Diocesis ad Episcopum appellatur, qui recusat à DD. inter alios effectus jurisdictionis habitualis ad Episcopum remanentis, ut per Abb. in cap. Cum contingat, num. 1. Felin. & Bald. in locis supracitatis & ex consequenti adempta ei per Concilium jurisdictione hujusmodi excommunicationes decernendi in illo jure Episcopus succedit.



DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

Gregorius IX.

CAPUT LIV.

Cum voluntate ac proposito maleficia distinguantur, excommunicationis sententiam non incurrit, qui excommunicatus, in his quæ ad absolutionem, vel alias ad salutem animæ pertinent, in locutione participat, licet etiam alia verba incidenter (ut apud eum magis proficiat) interponat.

Prædicatores quoque, qui penes excommunicatos, vel alios alienarum rerum detentores, in prædicationibus & confessionibus quasi gerunt causam (vel curam) eorum, ad quos res ipsæ spectare nesciunt, eleemosinas licite possunt ab illis recipere; præsertim si alias non valeant in illo loco sustentationem habere.

Si qui verò ratione officii, quod in Ecclesia obtinent, aut etiam alii Clerici seniores zelo devotionis, pueros vel adolecentes in minoribus Ordinibus constitutos turbantes divinum officium, & hi qui obtentu Prælationis vel magisterii, subditos & scholares correctionis causâ leviter fortè percusserint excommunicationis sententiam non incurunt. Quod & de his dicendum est, qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum similibus modo, ut cohibeantur à suis insolentis, & scientia bonisque moribus informetur, duxerint corrigendos.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatum alloquens in his quæ pertinent ad salutem, etiam si alia verba interponat, excommunicatus non est & n. 8.
- 2 Prædicatores, præsertim qui aliter sustentari non possunt, ab excommunicatis & detinentibus aliena possunt eleemosinam recipere & n. 12.
- 3 Voluntate & proposito maleficia distinguuntur.
- 4 Meretricem ancillam alienam recipientem furti non tenetur.
- 5 In delictis primaria causa surgit à voluntate & ab anima rationali.
- 6 Maleficia an transcendant animum & voluntatem.
- 7 Furtum aëris non auri, committit qui aëris surripuit: putanarum surripere.
- 8 Panam statuti participantis cum banno, non tenetur qui cum eo participat, ut ad satisfactionem inducat.
- 9 Excommunicato an liceat communicare in spestantibus ad salutem corporis.
- 10 Et quid in oratione, mensa & cohabitatione.
- 11 Excommunicatum alloquens conversionis causâ, an possit verba interserere quæ ad absolutionem non faciunt.
- 12 Prædicatores an liceat absque necessitate eleemosinam recipere ab excommunicatis & detinentibus rerum alienarum & n. seq. usque ad n. 27.
- 13 Eleemosinas cur liceat recipere ab excommunicatis & furiibus, non autem oblationes.
- 14 Viatores & peregrini, an in terra excommunicatorum possint ab ipsis aliquid recipere.
- 15 Distio præsertim quid importet & n. seq.
- 16 Intellectus hujus cap. 1. & n. seq. usque ad n. 24.
- 17 Necessitas excusat à furto & rapina.
- 18 Necessitatis tempore omnia sunt communia, præsertim civitatis.

- 19 Prædicatores intelliguntur qui quoad hoc ut possint accipere eleemosinam ab excommunicatis & detinentibus aliena.
- 20 Et cur liceat eis huiusmodi eleemosinas recipere.
- 21 Negotium sufficit ab initio fuisse utiliter captum, licet res effectum non habeat.
- 22 Negotiorum gestores vivere debent sumptibus eorum, quarum negotia utiliter gerunt.
- 23 Eleemosina licite potest recipi ab excommunicatis, & peccatoribus etiam notoriis de rebus licite acquisitis.
- 24 Eleemosinam de rebus restitutionis ob noxiis recipere non possunt non habentes officium prædicandi, nisi ob necessitatem famis.
- 25 Et quid in habentibus officium prædicandi.
- 26 Confessori an liceat aliquid accipere à penitente ex iniuste acquisitis & n. seqq.
- 27 Simonia iustitiam non caret accipere pecuniam etiam spontè oblatam in actu administrationis Sacramenti.
- 28 Clericus percussus quibus casibus in excommunicationem non incidat & n. seqq.
- 29 Prælati & magistris licet subditos, & scholares etiam in sacris Ordinibus constitutos leviter percussere sine incursum excommunicationis.
- 30 Intellectus hujus c. in §. Si qui verò.
- 31 Membra honorabiliora exceptis gravioribus culpis non sunt verberibus subijcienda.
- 32 Magister majorem habet potestatem in discipulis, quam pater in filium.
- 33 Pater percussus filium in sacris constitutum incidit in sententiam Canonice.
- 34 Ordo sacer an jus patriæ potestatis solvat, remissus.



**C**um voluntate. Alloquens excommunicatum in his, que pertinent ad salutem, etiam alia verba interponat, excommunicatus non est. Hoc dicit primo. Prædicatores, presertim quia aliter sustentari non possunt, ab excommunicatis & detinentibus aliena, elemosinam recipere possunt. Hoc secundo. Tertio ponit quosdam casus, quibus percutiens Clericum excommunicatus non est. Divisio patet per paragraphos. Secunda ibi, Prædicatores. Tertia. Si qui vero.

Nota primo ex principio litteræ insignem regulam in materia maleficiorum, videlicet; ex voluntate & proposito delinquentis maleficia, qualificari & distingui, ut hic & in l. Qui in iuria causa, in principio. unde hæc regula desumpta est, ff. de iur. concordant. textum. in l. i. ff. ad leg. Cornel. de fideiuss. ibi, Crimen, enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedit & in l. cum qui duas, ff. ad leg. Jul. de adult. ibi, in ea namque re non iuris effectus, sed animi designatio cogitatur & in l. Verum, ff. de iur. ubi qui in re aliena ancillam rapuit, furti non tenetur, quia non factum quaeritur, sed causa faciendi; causa autem faciendi libido fuit, non furum: unde ut notabiliter hic dicebat Anton. de Butr. numer. 3. In delicto primaria causa surgit à voluntate & ab anima rationali; & sic consideratur voluntas in delictis, etiam prout temporaliter puniuntur, non autem simplex & rude factum: ad hoc, §. Contra animam, cum sex capit. sequentibus, 50. dist. 1. c. Si virgo, & cap. In lectum, 34. quest. 2. Ex his videtur inferri posse, ut maleficia voluntate & proposito non transcant. Sed contradicunt text. in l. Valgaris, §. Si quis as ff. de furt. ubi qui as furtivum putans aurum furtivum, committit furtum, non aurum, quod furtivum intendit, sed aurum, quod re ipsa furtivum; & sic spectatur opus, non animus & in l. Qui faccum ff. eod. & in cap. Qui faccum 50. dist. ubi qui faccum furtivum habentem pecuniam, furti actione tenetur, etiam pro facco, quaeritur non sit et animus faccum furtivum, in l. Quoniam multa facinora, C. ad l. Julianam, de vi publ. & in c. Is, qui mandat, de homicid. lib. 6. ubi mandanti aliquem verberari secuta mors imputatur, licet expressè inhibuerit ne occideretur. Pro solutione vide hic plenè per Henric. Boich. post. principi. ubi querens an & quando in delictis aliquis ultra propositum teneatur, ponit prolixam distinctionem & materiam luculenter examinat ferè per tres columnas.

Secundo nota specialem casum in quo communicans excommunicato in excommunicationem etiam minorem non incidit, videlicet cum eum aliquid conversionis causa, etiam si alia verba incidentia interlerat, ut hic est casus & docet D. Thomas in 4. sentent. dist. 18. qu. 2. art. 4. in corpore, dicens Ecclesiam instituisse excommunicationem non ad interitum, sed ad medelam ac prout de his que pertinent ad salutem, posse hominem licitè loqui cum excommunicato & etiam alia verba interfere, ut facilius saluti verba ex familiaritate recipiantur.

Hinc inferunt Anton. de Butrio, Abb. & Felin. omnes in 2. not. ut si statuto cavetur ut participans cum bannito certam penam incurrat: qui cum eo participat ut inducat ad satisfactionem, in penam statuti non incidit: quod etiam firmat idem Butr. in c. Si aliquando, n. 5. supra eod.

Quæro, cum liceat excommunicato communicare in his, que pertinent ad salutem anime, ut hic dicitur & in cap. Responsio, supra eod. quid in pertinentibus ad salutem corporis.

Videtur respondendum non licere, quia cum hæc littera de uno concedat, à contrario videtur de alio negare, cap. Disceptans, 45. dist. cap. Per Esiam, i. quest. 1. cap. Qui sitit, 23. quest. 5. gloss. in cap. Qualis, in ver. Negatur, 25. dist. cum præsertim infirmitas corporis sæpe proveniat ex infirmitate anime, c. Cum in firmitas, supra de penit. & remiss. & ita concludunt hic Doctores, & in specie Card. numer. 1. sed hoc intelligit Joan. Andr. numer. 1. in ver. salutem anime & Anchar. numer. 2. In secundo notab. verum esse in eo, qui negligit, vel contemnit, ut in d. cap. Cum infirmitas, alius locus.

Item, Quæro, cum hic permittatur participatio cum excommunicato in locutione, quid in oratione, mensa & alia, de quibus in c. Nuper supra eod.

Dic lectus, imò in locutione caveat participans à cohabitatione, cap. Omnis, 24. quest. 1. cap. Cum desideres, §. 1. in fin. supra eod. secundum Hostien. & Joan. Andr. hic numer. 2. in ver. Locutione & Cardin. numer. 1. Quid autem iuris sit in scriptione & salutatione, dic ut scripsi in cap. Si aliquando, à num. 16. usque ad finem, supra eod. Hodie tamen tenet in his servari debet Constitutio Concilii Constantiensis, de qua infra sub n. 21. v. Sed hodie.

Item Quæro, cum textus deat in locutione cum excommunicato in pertinentibus ad salutem posse etiam interdum

ter alia verba interponi, quæ dicantur hujusmodi verba incidentia.

Innoc. hic in principio. exponit incidentia, id est quæ nec ad abolitionem, nec ad salutem faciunt. Sed Host. numer. 2. In ver. Incidentibus hoc temperat, intelligens verba incidentia, quæ ad abolitionem & salutem non faciunt principaliter, sed tamen inducunt, ut si querat de uxore & liberis & præmittat dilectionem, quam habuit erga illum & ejus genus & his similia. Et hoc videtur magis congruere litteræ, quæ admittit interpositione verborum incidentium, ut alloquens apud eum magis proficiat. Et sic videtur requirere, ut verba hujusmodi aliquo modo ejus saluti conducant; licet non principaliter, sed cum Hostien. transeunt Joan. Andr. numer. 2. in eod. ver. Henric. Boich. col. 4. in princ. vers. Aut quis utrum possit cum eo participare in locutione, Anton. de Butr. numer. 11. & Card. n. 2.

Tertio nota in §. Prædicatores, ab excommunicatis & detentoribus rerum alienarum licitum esse Prædicatoribus elemosinam recipere: quod procedit de plano si Prædicatores in loco alias fuentibus non possunt.

Sed Quæro num eis hoc liceat cessante necessitate.

Negant gloss. in ver. præsertim, Innoc. n. 2. Host. n. 1. Joan. Andr. n. 8. in gloss. præsertim Butr. numer. 5. Card. in hoc §. num. 2. vers. Nota de ditione præsertim, Abb. in 3. notab. & num. 6. & Felin. in 3. notab.

Pro hac sententia gloss. allegat cap. Oblationes & cap. Quia in omnibus, supra de iur. ad idem text. in cap. Non est putanda, i. quest. 1. ubi Gregor. adducit illud Prover. 22. Hostia impiorum abominabilis, quæ offeruntur ex seclere.

Sed hæc iura non admodum urgent, quia non loquuntur de elemosinis, sed de oblationibus, quæ à tam malis & famosis personis non sunt recipiende, ut notatur in cap. Ex transmissa, supra de decim. secundum Innoc. hic num. 1. vers. Oblationes autem, cum quo transeunt Hostien. Joan. Andr. Henric. Boich. & reliqui omnes Ratio autem differentie cur elemosine recipiantur à peccatis, non autem oblationes, ea est secundum Innoc. & doctores, quia oblationes sunt in Ecclesia & in publico, quæ prohibentur ne exinde peccator consolationem suscipiat, neve peccatum ipsius videatur Ecclesia publicè approbare: sed elemosinæ sunt in occulto, de quo nihil ad Ecclesiam, cap. Sic utus, in fin. de simon. Et quamvis nonnunquam etiam elemosina fiat palam, nihilominus hoc est per accidens, nec propterea mutatur ius, de quo hic, quia semper natura elemosinæ consideranda est quæ fieri debet clam secundum Host. numer. 3. vers. Et quid dices si elemosina fiat in publico, & Henric. Boich. col. 4. circa med. vers. Idem tamen est.

Pro eadem sententia videtur magis urgere, c. Quoniam multos, v. qu. 2. hic: Quicumque orator sine peregrinis aut viator in terram excommunicatorum devenit, ubi non possit emere vel non habeat unde emat & ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Ex quibus verbis liquet ipsi demum licere aliquo ab excommunicatis recipere, si subest necessitas: ad idem textum in cap. Inter alia, §. fin. supra eod. ubi viatores, peregrini & mercatores tenentur à communione excommunicatorum abstinere, nisi articulus necessitatis imminet.

Et tenendo hæc partem non obstat dictio, præsertim, hic posita, quia secundum glossam exponitur id est maxime & referri debet ad verbum Prædicatores, ita ut sit sensus tempore necessitatis omnes possunt recipere elemosinam ab excommunicatis, præsertim Prædicatores: & hoc modo gloss. concordat cum Innoc. & habuit bonum intellectum licet fuerit male posita, ut dicitur Butr. n. 17. & Abb. n. 6. vel certe secundum Innoc. dictio, Præsertim, exponi debet, id est tantum, quia Prædicatores non debent recipere elemosinam à talibus, nisi quando aliter sustentari non possunt. Adde non esse novum, ut hæc dictio ponatur pro tantum, ut patet in cap. Discretionem, supra de eo qui cogn. consangu. uxor. sua in c. Licet, de foro compet. & in l. fin. ff. de his que in testam. delent. & notat Cald. conf. 548. alias 3. de verbor. signif.

Sed his non obstantibus contrariam opinionem videlicet Prædicatores posse elemosinam recipere ab excommunicatis & detinentibus aliena, etiam cessante necessitate efficaciter iudicio meo probat hæc Decretalis non cavillando litteram. Primo in illis verbis, elemosinas licitè possunt ab illis recipere, præsertim si aliis non valeant in illo loco sustentationem habere: ponderanda est enim dictio, Præsertim que importat idem esse si possint habere sustentationem, cum ex sui natura sit ampliativa, casus magis dubitabili, c. Ex litteris, in secundo, & hic gloss. fin. sup. de homic. Unde ubi gloss. in ver. Præsertim, de presump. l. Quod & lex juncta gloss. in eod. vers. ff. de lib. hom. exhib. & notat Joan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de teste, §. 1. Item excipitur quod est impubes, hic, sed nunquid fratres: unde

sensus est, Prædicatores elemosinam possunt ab illis recipere generaliter & indistinctè, sed multo magis si in loco non valeant sustentationem habere.

Deinde sic hæc littera intelligitur, tantummodo in defectum necessariæ sustentationis, frustra restringeretur ad Prædicatores, quis eo casu non tantum Prædicatoribus, sed cuiuslibet permittitur accipere elemosinam à detentoribus rerum alienarum; quin imò & rapere, quia necessitas excusat à furto & rapina, cap. Disceptans, & hic gloss. fin. & cap. Quidquid enim, de consec. dist. 5. & c. Si quis, supra de furtis. Est et ratio, quia tempore necessitatis omnia sunt communia, c. sicut hi 45. dist. & maxime cibaria, l. 2. §. Cum in eadem nave in d. c. Disceptans & gloss. & notat gloss. præleg. in d. c. Disceptans & gloss. unica in d. c. si quis & tamen Innoc. n. 2. dicit quod sic statuitur esse speciale in Prædicatoribus ob rationem de qua infra in quarto fundam ento num. 21.

Tertio, quamvis hoc caput loquatur simpliciter de Prædicatoribus & audientibus presertim: tamen Doctores illud restringunt ad eos qui presertim & confessiones audiunt ex officio; & sic ad Presbiteros Curatos quibus uniusquisque proprius Parochianus tenetur confiteri, c. Omnis, de iust. & remiss. Curus hoc intelligitur de Vicariis Papæ sicut sunt legati, arg. c. super de officio legati, c. fin. 13. dist. 1. c. dist. & de Episcopis visitantibus vel eorum Vicariis ad hoc missis, c. Inter cetera, supra de officio. Ord. ac demum de Fratibus Prædicatoribus & Minoribus qui habent universale officium predicandi & à Papa sunt approbati, ut in clem. Dudum, de sepul. & in Extravagant. Vas electionis, de hæret. Quin imò pro ipis edita fuit hæc Constitutio, ut putat Hostien. hic num. 2. in verbo Vel confessoribus & post eum Joan. Andr. n. 3. in eodem ver. Butr. n. 12. & plerique alii.

At hujusmodi restrictiones inerte essent, si hæc littera intelligeretur tantummodo in defectum necessariæ sustentationis, quia eo casu demum sacerdotibus curatis & aliis predictis, sed cuiuslibet licitè ab hujusmodi elemosinas accipere ut supra proxime ostensum est.

Quarto, dum textus determinat licere Prædicatoribus ab excommunicatis & detinentibus alienis res elemosinam recipere, fundat se in ratione illa, quia in prædicationibus & confessionibus quæ gerunt causam vel curam eorum ad quos res ipsa spectare noscuntur, videlicet secundum Host. n. 2. & Joan. Andr. n. 3. quis in prædicationibus ostendat res alienas ab eis illicitè occupari & detineri ac si restituant, pecunias alienas eis committant; & in confessionibus dicunt peccatum non remitti, nisi restituatur ablatum, c. si res aliena 14. q. 6. c. Cuncta, & supra de iur. quæ dicit: quamvis à detentoribus rerum alienarum non liceat elemosinam recipere in detrimentum eorum ad quos res ipsæ noscuntur pertinere: tamen quia Prædicatores & Confessores fuerint occupantibus illarum restitutionem, idcirco & quomodo est de his rebus recipiant elemosinam quam mercedem & stipendium laborum, cum gerant negotium eis utile; & hoc considerat glossa 4. hic & Hostien. n. 2. in verbo Quasi gerant: dicit enim Prædicatores hujusmodi posse accipere elemosinas quasi negotiorum gestores, quis illi quorum res aguntur. Licet ab occupatoribus sua recipere possunt. Et sic isti Prædicatores licitè ea recipiunt pro elemosinis: & quamvis res non habeat effectum, sufficit ut ab initio negotium sit utiliter ceptum, l. Sed an ultio, §. Is autem qui ff. de negot. gestor. potest agere adimplum, quos fecerit, ut hic dicitur. Item notat Innocent. circa finem, dicens hoc casu Prædicatores, cum sint negotiorum gestores, posse vivere de rebus eorum, quorum negotia gerunt: subdit tamen in hoc eos agere contra jus civile secundum quod non debent propria auctoritate recipere, ut l. Extat, ff. quod mer. causi. Item quia non possunt hoc agere contradicente spoliato, in qua text. se fundat & considerationes Doctorum aperte demonstrant Prædicatores posse hujusmodi elemosinas recipere, etiam si aliunde habeant sustentationem, quia non debent vivere de proprio, sed sumptibus eorum quorum negotia utiliter gerunt.

Et hæc sententia satis clarè amplectitur Anton. de Butr. hic numer. 17. exponendo gloss. ver. Præsertim, ait enim, (Glossa dicit optime, nam si subest necessitas, licitum est recipere elemosinam & non Prædicatoribus, si non subest necessitas, est licitum Prædicatoribus, non aliis.) Concludendum distigue. Aut queritur an liceat elemosinam accipere ab excommunicatis & peccatoribus de rebus licitè acquisitis aut de illicitè acquisitis & restitutioni obnoxias.

Primo casu non tantum Prædicatores, sed etiam quicumque accipere possunt elemosinam ab excommunicatis & peccatoribus quantumcumque notoriis, nam ad eas tenentur omnes, c. Non satis in fin. 68. dist. & sunt omnibus maxime suscipiende, ut ad penitentiam mereantur citius pervenire, c. Deinde, 26. dist. secundum Innocent. hic numer. 1.

**C**um voluntate. Host. numer. 2. in ver. Elemosinas, Henric. Boich. col. 4. super §. Prædicatores, vers. Si quis utrum ab excommunicatis, & Cardin. numer. 2. licet Host. infra numer. 5. dicit nihil esse recipiendum ab excommunicato, nec cum eo communicandum in aliquo, nisi in casu à jure concessio, ut legitur & notatur in cap. Si verò 1. respons. & c. Cum desideres, §. 1. in fin. supra eodem, & cum eo concordat Raymund. hoc titulo, §. Triguima non super verb. Nominis ipsius, dicens non licere accipere elemosinam ab excommunicatis, nisi in casibus exceptis, scilicet in casu necessitatis & similibus: quod tamen non credit esse restringendum ad extremam necessitatem, sed sufficere ad excusationem, ut indigeat & non possit commodè & de facili habere necessaria alimè. Et idem recitat Joannes Friburg. in sum. confess. hoc titul. quasi 117. incip. Quidam, an liceat & c. & Alben. lib. 7. tit. de personis excommunicatis, cum excommu. art. 5. in princ.

Sed hodie cessant hujusmodi ambages, quia ex constitutione edita à Martino V. in Concil. Constantien. que incipit, Ad evitanda, licitum est cuiuslibet participare cum excommunicatis non tantum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus & Sacramentorum administrationibus, præterquam in duobus casibus, videlicet cum excommunicatus sunt publice denunciatus, aut notori Clericorum percussor, ut scripsi latissime in cap. 1. infra de jehsuar. Unde ad hoc casus duntaxat hodie restringuntur Doctorum opiniones.

In secundo autem casu scilicet cum res sunt illicitè acquisite & restitutioni obnoxias. Aut queritur de non habentibus officium predicandi scilicet non licet de predictis rebus elemosinam accipere nisi ob necessitatem famis iuxta textum in cap. Disceptans, de consecrat. dist. 5. & patet ex dictis supra, numer. 18. & sequi. de quo vide plenius per Henric. Boich. in cap. Pervenit, dist. 5. & patet ex quæritur de injuriis & illicitè supra de decimis & in cap. Ex eo, §. Cum igitur de penit. & remiss. Aut queritur de habentibus officium predicandi, de quibus loquitur hoc capitulum. Et isti si aliunde non habeant sustentationem, abique dubio possunt elemosinam accipere etiam de illicitè acquisitis, ut hic est casus & in hoc conveniunt omnes. Si verò aliunde sustentationem habeant, tunc sunt opinionem Innocentii numer. 1. dicit elemosinas nominatim non esse recipiendas de illicitè acquisitis, & exponit verbum Præsertim, id est tantum, & hoc est tutius secundum Hostien. & alios supra cit. n. 3. Contrarium tamen videtur verius in puncto juris, ut constat ex dictis à num. 17.

Quarto nota in eod. §. Prædicatores, secundum Abb. in 4. notab. Sacerdotem licitè recipere aliquid elemosinæ à penitente, etiam si illud sit iniquè quantum ad objectum restitutionis. Hoc ego intelligo cum duobus temperamentis. Primum est, ut Sacerdos alias non valeat in eo loco sustentationem habere, prout intelligit Felin. verbi. Item nota quod audiens in confessione. Et hoc si sequamur opinionem Innocent. de qua in precedenti notabili; nam hæc littera sub eadem clausula determinat Prædicatores & Confessores. Sed de Prædicatoribus intelligitur in casu necessitatis tantum, secundum Innoc. Ergo & in Confessoribus, ut utrumque determinabile informiter determinet, ad l. Jam hoc iure, §. fin. ff. de vulgar. & pupillar. & l. final. Cod. de sent. cum similibus. Alterum est, ut hujusmodi elemosinam accipiat extra Sacramentum penitentis, alioquin si illam reciperet in ipso actu audiendi Confessionem, non caret suspitione simonia, arg. cap. Constitutio de transfact. & l. Unica, ff. ad l. Jul. de ambitu. Opus enim pro se laudabile ratione temporis reprobarur, ne malignis de causationem prebeat. Ideoque quamvis opus pietatis sit minus in concham mittere pro sustentatione ministerium & mantutione luminarium Ecclesie; tamen id reprobarur tempore, quo baptizandus offertur, ne Sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur, ut dicit text. in cap. Emendari, i. quest. 1. præsumitur enim simonia, ut ibi notat gloss. 1. Hugo Archid. & Doctores & secundum communem intellectum habet locum licet text. etiam in his, que spontè offeruntur, quia in ipsa collatione Sacramenti nec spontè oblatum licet accipere.

Ultimo nota in §. si qui vero, sex casus in quibus percutiens Clericum non incurrit sententiam Canonis, quos restringit glossa in verbo de familia & una cum aliis pluribus continentur in sequentibus carminibus positus ab Host. n. 21. videlicet Officium, ut hic in textu & in c. Univerfalis, §. Laici & c. 3. respons. 1. & §. 1. supra eodem, & Zelasque, ut hic & in c. Veniens supra eodem; & est simile in l. Apud Labconem, §. Adicit, ff. de injur. Pater Diciturque propinquus, de quibus similiter probatur hic. Affertur scilicet matris, filie, sororis & uxoris, c. si verò supra eod. & infra, §. fin. Dominus familiam corrigere, ut hic: Vis, hic casus respicit inferentem vim, c. 3. §. si verò supra eodem; & enormitibus se immiscerentem, c. Perpetuatus & c. Cum non ab homine supra eodem; & correctio. Hic casus respicit levitatem



reprehensibilem Clericorum & omnes casus qui ipsos incorrigibiles reddunt trina monitione praemissa, c. Contingit & c. In audientia supra eodem, ludo, supra c. 1. §. 1. in fin. Quique sit exceptus, scilicet a poena Canonis, si sit moderate sepius, id est nisi sit enormis excessus & nisi in defendendo excedatur modus. Ita Host. qui eisdem casus latius explicat in Summa hoc tit. §. quis possit ius. §. Super illo autem Canone; & cum totidem verbis sequuntur hic Joann. Andr. n. 8. Butr. num. 23. Card. in hoc §. si quis vero n. 3. Alios versus posuit Abbas antiquus, quos recitat Joan. Andr. circa finem.

Neque vero circa hoc aliquid novi statuit Concil. Trident. in c. 6. sess. 23. quia Decretum illud loquitur de privilegio fori, non autem de privilegio Canonis, ut sepius fuit resolutum: unde percontans Clericum carentem requisitis hic praecipit, incidit in sententiam Canonis ad eum modum quo ante Concilium incidebat.

30 In glossa in verbo de familia, pondera hanc glossam prope finem, quae notabiliter vult ut Praelatis & Magistris liceat subditos & scholares etiam in Sacris Ordinibus constitutos leviter percutere sine incurfu excommunicationis.

31 Et dictum glossae efficaciter probatur in hoc §. si qui vero, nam in princ. ubi textus loquitur de percussentibus ratione officii quod in Ecclesia obtinent, ac de Clericis senioribus, qui zelo devotionis percussit Clericos turbantes Divina Officia, adjicit illa verba In minoribus Ordinibus constitutis, nam membra honorabiliora, exceptis gravioribus culpis, non sunt verberibus subicienda, c. Cum beatus 45. dist. glossa hic in verbo In minoribus & Host. n. 8. & similiter in fine ubi agit de correctione familiarium & propinquorum; addit verba inferiorum graduum; at vero in medio ubi agit de Praelatis & Magistris, non retrahit se ad Clericos in minoribus seu inferiorum graduum, sed simpliciter loquitur de subditis &

scholaribus: imitens propterea licitum esse illos correctione causa moderate percutere, sive sint in minoribus sive in Sacris Ordinibus; & ita post glossam firmat Host. n. 8. In verbo Praelationis, dicens: (Illi scilicet Praelati & Magistri etiam majores & constitutos in Sacris leviter corrigere possunt) allegat textus in c. Ea quae supra, de stat. Monach. c. fin. de Regular. c. Ut fama, §. Laici & c. Ex tenore, §. fin. supra eod. & sequuntur Joan. Andr. n. 8. vers. Et hic & Magistria. Butr. n. 22. Anchar. n. 6. Card. in hoc §. si qui vero num. 3. vers. 13. & hic Magistria; & Felin. circa med. vers. secus d Praelato vel a Magistro. Idem tenet glossa in c. 1. in verbo Et a Magistris 23. q. 5. quae propterea hinc infert majorem potestatem habere Magistrum in discipulum quam patrem in filium, quia Magister post Sacrum Ordinem adhuc habet eum in potestate, ut hic & in cap. supra eodem, sed parit datur potestas corrigendi filium quovisque Sacrum Ordinem receperit.

32 Glossa ultima ponderando illa verba inferiorum graduum, colligit a contrario patrem qui correctionis causa verberat filium in Sacris Ordinibus constitutum, incidere in sententiam Canonis; & in hoc glossa communiter approbatur: licet Bartol. Brix. in suis questionibus venerabilibus, quae 87. & quidam alii ex antiquis contrarium fenserint, ut hic per Abbatem, numero 8. & scripsi plenius in capite laudatorum, num. 47. vers. Infertur secundo supra de state & qualis.

Deinde glossa hinc deducit, Sacrum Ordinem liberate a patria potestate, quia liberat a servili: quod plus est, c. si servus sciens 54. dist. sed in hoc secundo dicto gloss. communiter reprobat, ut dixi in d. c. Indecorum d. n. 17. usque in fin. ubi plenissime disputavi hunc articulum, an Ordo Sacer jus patris potestatis solvat.

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE

Idem Innocentius III. Patriarcha Gradensi.

CAPUT XVI

Lim tibi scripsisse recolimus, ut si Canonici Paduani, magistro G. Canonico Paduano praebendam, quae tantum residentibus de communi confertur, sicut uni ex aliis de communibus proventibus & manualia beneficia non conferrent, ut eos ad id appellatione cessante compellere procurares. Quia vero quidam mandatum nostrum interpretari aliter quam deceat, moluntur, (cum beneficia Principum sint interpretanda largissime) nostrum aperiendum duximus intellectum, videlicet quod praebendam, quae tantum residentibus in victu & vestitu de communi confertur, ipsi Magistro G. plenè, sicut uni ex aliis residentibus, injunximus conferendam.

SUMMARIUM.

- 1 Privilegiorum verba sunt interpretanda largissima. Declaratur n. 15.
- 2 Privilegium quandoque appellatur beneficium.
- 3 Beneficia Principum sunt largissime interpretanda & n. 12. Declaratur n. 13. & 14.
- 4 Beneficium in genere quid sit.
- 5 Beneficii appellatione an veniat privilegium & rescriptum & n. 13.
- 6 Beneficium strictè sumptum quid sit.
- 7 Privilegium quid.
- 8 Privilegio frustra impetratur quod jure communi competit.
- 9 Rescriptum quid sit & quid impetretur.
- 10 Rescripta contra jus elicta non valent.
- 11 Rescriptum quotuplex & an beneficium vel privilegium dici possit.
- 12 Principis liberalitatem temerarium est in diminutionem interpretari.
- 13 Beneficium Principis quatenus concernit praedictum tertii, ut privilegium debet strictè interpretari.
- 14 Verba etiam in beneficiis Principum tenacissime observari debent.
- 15 Privilegia quatenus concernunt praedictum concedentis, sunt largissime interpretanda.
- 16 Verba generalia & indefinita in praedictum concedentis, ad futura extenduntur.
- 17 Ecclesia Romana non praesumitur in sui praedictum voluisse quemquam privilegiare.
- 18 Privilegii verba in praedictum tertii sunt strictè accipienda.
- 19 Nec extendantur de casu ad casum, nec de persona ad personam, etiam ex majoritate rationis.
- 20 Receptus omnis a jure communi est odiosus.
- 21 Interpretatio in dubio fit pro jure communi, quando concurrat cum privilegio.
- 22 Privilegium recipit interpretationem passivam a jure communi.
- 23 Privilegia

- 23 Privilegia etiam contra tertium sunt late interpretanda, quatenus patitur verborum proprietates.
- 24 Privilegium etiam in praedictum alterius debet late interpretari, ut aliquid judicetur.
- 25 Item favore Divini cultus.
- 26 Privilegium contra legem communem debet strictissime interpretari.
- 27 Secus si contra statutum vel consuetudinem.
- 28 Rescripta ad lites sunt interpretanda strictissime.
- 29 Lites sunt potius restringenda quam amplianda.
- 30 Interpretatio fit contra eum, qui potuit legem operitè dicere.
- 31 Rescripta ad beneficia sunt ambitiosa & strictissime intelligenda.
- 32 Privilegia in dubiis recipiunt intellectum secundum intentionem concedentis.
- 33 Infamis est qui rescriptum Principis astute vel malitiose interpretatur.
- 34 Privilegii interpretatio pertinet ad Principem concedentem.
- 35 Citatio vel praesentia partis, an requiratur in modificatione vel interpretatione privilegii.
- 36 Distributiones quotidianae debentur privilegiato super fructibus in absentia percipiendis, si redditus omnes in his distributionibus consistant, usque ad n. 41. Intellectus hujus cap. ibidem & n. seqq.
- 37 Canonici non datur sine praebenda.
- 38 Dispensatus super fructibus in absentia percipiendis habetur pro praesente, non autem pro interefente.
- 39 Papa non convenit referre bene Canonici absentes habeantur pro interefentibus.
- 40 Canonico ex justa causa absentem debentur post Concilium Tridentinum duo tertiae partis quotidianarum distributionum, si nulli sint fructus a distributionibus distincti.
- 41 Manualia beneficia quae dicantur & n. 44.
- 42 Talis interefus a Divinis Officiis pro denario, qui non interefit pro Deo.
- 43 Canonici qui pro lucrands quotidianis distributionibus interefit Choro, an simoniam committat.
- 44 Distributiones quotidiana quae sunt & quibus nominibus

- appellentur & n. 48.
- 45 Distributiones quotidianae, an dicantur redditus illi qui in fine anni dividuntur pro rata servitii cuiusque hora & n. seqq. usque in fin.
- 47 Seminaris non est contribuendum ex distributionibus quotidianis & n. 64.
- 48 Fructuum appellatione non veniunt quotidiana distributiones.
- 49 Divisio proventuum in fine anni fit gratia commodioris satisfactionis.
- 50 Distributiones quotidianae non lucrantur absentes studiorum causa, nec valet contraria consuetudo.
- 51 Et quid si nulli sint fructus a distributionibus distincti.
- 52 Et quid post Concilium Tridentinum.
- 53 Distributiones duplices, an debeantur obtinenti in eadem Ecclesia dignitatem cum Canonis.
- 54 Decima Papales & spolia, an deducantur ex distributionibus quotidianis.
- 55 Et quid si redditus omnes in distributionibus consistant.
- 56 Consuetudine vel Constitutione Ecclesiae, an possit induci ut Divinis interefentes non lucrantur quotidianas distributiones.
- 57 Constitutio Ecclesiae, ut absentes per quinquaginta vicat amittant integras distributiones quod una, an valeat.
- 58 Distributiones quotidianae ad quem finem institutae fuerint.
- 59 Inducta ad augmentum Divini cultus non debent operari diminutionem.
- 60 Distributiones quotidiana in quibus universi redditus consistunt, in materia favorabilis & privilegiata succedant in locum praebenda.
- 61 Secus in materia odiosa & restringibili.
- 62 Fidei professionem non emittentes, an perdant distributiones quotidianas in quibus universi redditus consistant.
- 63 Dispositio partem favorabilis & partem odiosa, restringi debet quatenus praedictum tertio vel cultui Divino.
- 64 Seminaris non est contribuendum ex quotidianis distributionibus: etiam si dividantur in fine anni & in illis universi Capitalis redditus consistant.

Olim. Verba privilegiorum sunt interpretanda largissime. Hoc dicit secundum Joan. Andr. Casp. & Anchar. vel secundum alium intellectum. Verba privilegiorum quae consonant juri communi ut beneficia, latissime sunt interpretanda. Dividuntur in duas partes. Primò ponit mandatum. Secundò ipsius interpretationem & ejus causam. Secunda hic. Quia vero.

Nota primò privilegium appellari beneficium, ut patet hic cum beneficia; & signa textum contra nonnullos tacito nomine hic relatos a Joanne Andrea n. 9. qui reprehendunt glossas quae privilegia contra jus concessa vocant beneficia: dicentes beneficia proprie esse liberalitates & gratias praeter jus, pro quibus fecit c. cum dilecti de donat. ubi ponuntur eademmet verba quae habentur hic in vers. cum beneficia; & tamen textus hic loquitur de donatione gratuita, sed glossa praedicta, ut inquit Joan. Andr. defenduntur per hunc textum & per Decretalem Ordinarii, §. si vero de offi. Ord. in 6. ubi dispensatio super pluralitate dicitur beneficium: ad idem textus in c. quia circa de priviil. ubi exemptio a solutione decimarum Episcopaliū similiter beneficium appellatur.

Secundo nota ex littera beneficia Principum esse largissime interpretanda, concordat d. c. cum dilecti in fin. c. Per tuas de donat. & l. fin. ff. de Constit. Princ. cum aliis hic allegatis in gloss. ult. de hoc notatur in c. causam infra eod. secundum Innocentium.

Sed pro pleniori doctrina dicendum est secundum Doctores, praesertim Joan. Andr. n. 9. Butr. & Abb. n. 9. beneficium esse nomen generis; & hoc modo nihil est aliud beneficium quam benevola actio tribuens gaudium capientibus, ut definitur in tit. In quib. caus. feud. omitt. vers. Beneficium in usu. feud. & notat Joan. Andr. in c. Ad aures de panit. & Doctores hic beneficium ut genus est, dividitur in beneficium proprie sumptum & sic assumit nomen speciei, sicut de arrogatione & adoptione dicitur in l. 3. ff. de jurisd. om. jud. & in l. 1. ff. de adopt. Item dividitur in privilegium & in rescriptum; & secundum hoc omne privilegium & rescriptum potest appellari beneficium, sed non e converso. Si beneficium accipitur ut species & sic in strictiori significatione, aliud est beneficium, aliud privilegium & aliud rescriptum; nam beneficium est actio benevola praeter jus, secundum Joan. Andr. ubi supra: unde donatio beneficium dicitur in praesent. c. Cum dilecti de donat. vel secundum Abbatem n. 7. beneficium dicitur liberalitas quaedam seu gratia concessa sine alicuius praedictum praeter jus commune; & in idem recidit quod ait Butr. dicto n. 7. videlicet beneficium strictè accipiendum, esse quando aliquid conceditur ex largitate concedentis, non ad praedictum alterius vel juris, sed ad praedictum concedentis tantum.

Privilegium dicitur lex privata, c. Privilegium 3. dist. c. Abbate, infra eod. cum concord. & dicitur jus privatum vel singulare, quia est contra jus commune, l. jus singulare, ff. de Legib. l. 1. in fine, ff. ad munic. quapropter ubi scriptum est jus commune a quo Princeps aliquem eximit, illud est privilegium proprie; & dicitur actio bona contra jus, secundum Joannem Andream n. 10. & ita sumitur supra, de priviil. leg. per totum. Ideoque dici solet quod jure communi competit, frustra per privilegium impetratur, l. 1. c. de usurar. lib. 10.

Rescriptum secundum Joan. Andr. n. 11. dicitur bona factio secundum jus, & sic sumitur supra, de rescript. Cod. de divers. rescr. in rubro & nigro: impetratur enim ad juris observantiam, ut impetranti fiat justitia & idem dicit lex canonizata, non valere rescripta, contra jus elicta c. Rescripta, 15. quae 2. plenè Oldrad. conf. 326. Ovidio articuli num. 1. in fine, vers. Cum etiam sit legale. Item rescriptum secundum Anton. de Butr. num. 7. est in duplici differentia, quandoque enim datur ad lites & hoc potest appellari beneficium, sed certo respectu potest dici privilegium, quia scilicet emanat praedictum potestatis ordinariae; quandoque datur rescriptum ad beneficia & tunc potest similiter dici beneficium, sed certo respectu privilegium, quia emanat ad potestatem Ordinario adinendam. Quibus praehabitis, cum quaeritur qualis interpretatio in praedictis facienda sit, conclude beneficium strictè sumptum & prout est species, esse largissime interpretandum, ut in juribus hic allegatis in glossa ultima, nam temerarium est interpretari, ut l. Hac saluberrima, Cod. de agen. in red. lib. 12. & ita praeter DD. hic respondit Oldrad. conf. 300. in princ. incipien. Factum tale est, Magistro ubi hoc extendit pluribus modis, Abb. conf. 10. in quae. in fin. num. 11. l. 1. Anchar. conf. 245. Pro clariore, in princ. & num. 3. Alex. conf. 160. Visto themate, num. 3. vers. Secundo praesuppono, lib. 2.

Non me latet multos ex Doctoribus hoc limitare ut non procedat quando beneficium Principis redundaret in praedictum tertii, ut in specie Oldrad. conf. 50. Gratia in fine, vers. Non obstat, Anchar. conf. 161. Visto diligenter in princ. Joan. de Imola conf. 121. num. 2. Jason. multa cumulat in l. fin. num. 19. & seq. ff. de Constit. Princ. Alexand. conf. 215. Non obstat, num. 4. & seq. vers. Item licet, lib. 7. & Anton. de Butr. hic num. 7. vers. Modo si quaeritur, ubi dicit beneficium Principis esse late interpretandum, quando non praedictum alteri, nec privae legem, sed solum concernit praedictum concedentis. Imò incertus Autor post regulas Socini, sig. 1. ponit hanc res.



cunq; delictum sit notorium, nunquam posse aliquem propter hoc excommunicari iuste, nisi primo moneatur, ut satisfaciat.

12 Pro concordia dicas hanc ultimam opinionem Innoc. & sequacium procedere, ubi solum delictum est notorium, sed non constet de contumacia: cum enim excommunicatio ab homine feratur tantummodo contra perseverantem in contumacia, ut constat ex dictis supra n. 5. semper requiritur admonitio, ut à contumacia desinat, quantumcunque delictum sit notorium, ut probatur in d. c. de illicito 24 q. 3. ubi delictum supponitur manifestum; tamen supponitur trina monitio vel una pro omnibus peremptoria, ut si parere noluerit erga eum, quasi in contumaciam iudicari possit, ut dicitur in littera, ut notat gloss. in c. Cum medicinalis, in verb. Causam, infra eodem lib. 6. & sic ponderatur contumacia, quæ surgit post monitionem, licet delictum sit manifestum. Prima autem opinio locum habet quando ipsa contumacia est notoria, tunc enim supervacua est admonitio, c. Venerabilibus, §. Porro, hic, Secus autem si se contumacem confiteatur, vel aliis de sua contumacia constet, de sent. excomm. lib. 6. & hic iungit, quæ scripti in c. Cum ex in iuncto n. 43. cum quatuor seqq. supra de nov. oper. nuntiat. & ad præscripta vide Aretinum conf. 163. n. 9. vers. Et tamen ita non obstantibus.

13 Declaratur quartò, nisi excommunicatio feratur ad sui juris defensionem, quia tunc Prælati potest vim propalare, & jus suum tueri armis spiritualibus, ut c. Delictò, infra eod. lib. 6. nec ulla requiritur causæ cognitio, aut monitio, quia non procedit ut iudex, sed ut pater. Ita Innoc. in c. Venerabilis n. 4. vers. Quia illa habent, & hic etiam Butr. n. 10. vers. Quarto supra de censib. quos sequitur Felin. hic n. 6. Lap. de allegat. 73. n. 3. dixi plenè in c. Procuratoris à n. 27. & præsertim n. 3. de censib.

14 Declaratur quintò in Prælati Regulari, quia si Monachum excommunicat non præmissa monitione, & non in scriptis non incidit in penam interdicti per mensium ab ingressu Ecclesiæ, de qua in hoc c. Ut conclusit, Felin. hic n. 7. allegando text. in c. 1. de sent. excomm. lib. 6. & Lap. dist. alleg. 73. ubi plenè.

15 Sed contrarium tenet idem Lap. alleg. 13. incip. Hic conclusit, ubi firmat Prælatum religiosum, qui excommunicavit monitione non præmissa, non excusari ab errore juris, neque ab irregularitate, si sic suspensus ignoranter celebravit quia licet excusetur, tamen quoad extendendam gravitatem delicti, non quoad tollendam delictum ex toto, in 1. alleg. Lap. videtur loqui de excommunicatione lata pro culpa futuris, in 2. verò pro culpa præteritis.

16 Extra præscriptos casus, est qui sunt alii, non debet debet excommunicari nisi monitione præmissa, & monitio debet esse trina, vel una pro omnibus cum aliquot dierum competentibus intervallis, ut est determinatum in c. Constitutionem, §. Statimus infra eod. tit. lib. 6. & hic notant Butr. n. 20. & Felin. n. 1. ad hoc c. De illicito, 24. q. 3. præsertim Covar. in c. Alma mater, hoc tit. lib. 6. part. 1. prælect. §. 9. n. 5. videlicet, moneo te ad hoc faciendum, vel non faciendum infra quindecim dies, quorum quinque pro prima, quinque pro secunda, & reliquos quinque pro tertia monitione assignamus.

Ceterùm si monitio præmittatur, non propterea excommunicatio redditur nulla nisi in casu c. Statimus, infra eod. lib. 6. videlicet cum excommunicatio feratur in participantibus cum excommunicato, & ita intelligas gloss. 2. hic fin. hic Non tenet sententia, si admonitio non præcedat, ut hic declarat Felin. n. 2. post Joan. Andr. & alios per eum allegatos, quibus addo Feder. de Sen. d. conf. 11. Quartum an excommunicatio, n. 1. & 7. vers. & per hoc tollatur, & alii in responsione ipsius Federic. hic n. 10. quibus in locis firmat excommunicationem latam non præmissa trina monitione non esse nullam, sed injustam, & idèò timendam; quod etiam tenent Domini de Rota decif. 7. n. 1. de sent. excomm. in novis. Hactenus de injuria excommunicationis ex causa, ex animo, & ex ordine in terminis juris communis.

18 Sed de jure novissimo Concilii Tridentini hæc tria non sufficiunt, sed requiritur ut excommunicatio in subsidium feratur: nam Sancta Synodus animadvertens excommunicationis gladium si temere, aut levibus ex rebus incutiat, magis contemni, quam formidari, præcepit omnibus iudicibus Ecclesiasticis, ut in causis civilibus abstineant se à censuris, ubi executio realis vel personalis propria auctoritate ab ipsis fieri poterit: quod si huiusmodi executio non possit fieri, sitque erga iudicem contumacia, tunc eos etiam anathemate arbitrio suo ferre possit. Sed & in causis criminalibus ita demum censuris uti liceat, si executioni realis vel personali facile locus esse non possit, & delicti qualitas præcedente bina saltem monitione etiam per edictum id potest, ut in c. 3. sess. 25. de reformat.

19 Et hoc contextu collige primo tria requisita ad hoc, ut

quis possit iuste excommunicari. Primum est, ut præcedat monitio saltem bina, & ita hac in parte receditur à dispositione juris communis, quod regulariter trinum requirebat, vel unam pro omnibus cum competentibus dierum intervallis, ut ostensum est supra n. 6. & 16. Item ex Concilio sufficit monitio etiam per edictum; cum tamen de jure veteri debeat fieri personaliter, ut determinat Innoc. in c. Si adversarius, n. 1. vers. Est enim semper citandus, supra de eo, qui mitt. in poss. caus. reservat. Rota decif. 28. n. 5. de appell. in antiq. nisi in quatuor casibus. Primum quando excommunicatus latitat, vel in fraudem se absentat, Rota in novis decif. 11. in fin. de dol. & contum. Secundus, quando semel fuit citatus personaliter aut in decif. unica de feriis in novis. Tertius, quando monitio vel citatio ad domum pervenit ad notitiam citati. Quartus, quando fuit male absolutus & agitur de reincidencia, Rota decif. 7. de sent. excomm. in novis, Covar. in cap. Alma mater in 1. part. relect. §. 5. n. 4. hoc tit. lib. 6.

Secundum requisitum quod eligitur ex Concilio in d. c. 3. sess. 25. ad hoc ut quis possit iuste excommunicari pro causa civili, est contumacia, ut patet hic & sitque contra iudicem contumacia, veluti si peremptorie citatus coram iudice renuit comparere, de iustis responsuris, ut quia iustus ut infra talem diem centum Titio solveret: ad quæ illi ex causa depositi tenebatur, facere recusat, ut declarat glossa in cap. Cum medicinalis in verbo Causam, de sent. excomm. lib. 6. quod & jure veteri sancitum erat, ut c. Nemo il secundo 11. q. 3. c. De illicito. 24. q. 3. & dicitur et supra n. 5. & 12. & in causis criminalibus præter contumaciam exigitur, ut delicti qualitas id potestet & merito, quia pena excommunicationis nulla est major in Ecclesiæ, c. corripiantur 24. q. 3. q. 1. c. non affirmamus. Illa enim separat à Corpore Christi quod est Ecclesiæ, c. penult. infra eod. tit. c. Engelstradam quæst. 4. glossa 3. hic in verbo Tantum infingere panem; & idèò non infligitur nisi pro culpa mortali cum contumacia, d. cap. Nemo, il secundo, 11. quæst. 3. Capella Tolosana. dec. 298.

Tertium requisitum est, ut censura in subsidium feratur, scilicet ubi fieri non potest executio realis vel personalis, sive causæ sint civiles sive criminales, quod jure communi cautum non erat, quin potius ordine inverso primò uteretur erubescendo gladio excommunicationis; eoque non proficiente in subsidium deveniendum erat ad capturam fæ personalem distinctionem, ut capite Osardus; & hic Abbas in primo & secundo notab. de salut. dixi in cap. Licet, num. 22. de panis.

Verumtamen Sacra Congregatio ejusdem Concilii Interpretæ consulta, an excommunicationes late ab Episcopo non servatæ formæ c. 3. sess. 25. de reformat. sint ipso jure nullæ vel invalidæ, respondit esse validas & excommunicatum indigere absolutione, per ea quæ tradit Abbas post glossam in capite 1. de excessibus Prælatorum; & Felinus in cap. Rodolphus, n. 76. de reformat. excommunicationem latam sine citatione vel monitione vel ejus ordine non servatæ, tenere: quævis injusta sit.

Deinde collige ex prædicto c. 3. §. Sanè, sess. 25. excommunicationis materiam & ejus cognitionem ad Ecclesiasticos iudices pertinere privative ad iudices laicos: ad idem c. corripiantur cum glossa 1. 24. q. 3. c. Cum ab Ecclesiæ, ut etiam glossa 1. supra de esse. Ordin. nam excommunicatio mucro Episcopi dicitur, gladius Ecclesiasticus, Spiritualis defensor & nervus Ecclesiæ discipline, c. Visi 16. q. 2. & c. Dilecti, de sent. excomm. lib. 6. cuiusque usum fuisse in Ecclesiæ & temporibus Apostolorum patet ex verbis Math. 28. Si autem Ecclesiæ non audierit &c. & 1. ad Corinth. 5. cujus etiam meminit Ciprianus in hæc verba. Interfici iussit Deus Sacerdotibus suis non obtemperantes iudicibus à se ad tempus constitutis obedientes; & tunc quidem gladio occidi debent, quando & circumcisio carnalis manebat; nunc autem, quia circumcisio spiritualis esse ad fideles servos Dei cogit Spirituali gladio superbi & contumaces necantur dum de Ecclesiæ ejiciuntur, neque enim vivere foris possunt, cum Domus Dei una sit & nemini salus nisi in Ecclesiæ esse possit. Hæc ille.

Quamobrem Sancta Synodus ne Magistratus seculares ex co Decreto ansam acciperent, sibi aliquam jurisdictionem vendicandi in materia excommunicationis, provide statuit per hæc formalia verba. Nefas autem sit, id est ut Provocatus sit in medio juris, impium & execrabile de quo nefari quidam licet, seculari cuilibet Magistratus prohibere Ecclesiasticis iudicibus, ne quem excommunicet, aut mandare ut latam excommunicationem revocet sub prætextu quod contenta in prædicto Decreto non sint observata, cum non ad seculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertinet. Hæc hic.

Sed nihilominus, cum in Curia Parliamenti Dolensis relatum esset à Regis Secretario, quod Concilii Tridentini Decretis interdictis & prohibitis erat usus gladii excommunicationis pro contumacia & executione sententiarum Ecclesiasticarum, quotiescunque executio realis vel personalis fieri possit; &

quod ejus Majestas ut tam Sancto Decreto effectum daret, voluerit ut omnes sententia Ecclesiasticorum iudicum quæ ipso jure debent executioni mandari, non obstante appellatione suspendantur, donec obtentum sit mandatum in Curia dicti Parliamenti, in qua declarabitur an sit locus executioni reali vel personali. Prohibuit Senatus Curie, ne aliqui censuris, non servatæ d. c. formæ lacerentur sub penis &c. Sacra Congregatio Concilii censuit hoc Decretum convellere jurisdictionem Ecclesiasticam contra Canones veteres, contra Concilium quod dedit hoc arbitrium Episcopis, contra Bullam Cænz Domini quæ eos excommunicat, qui quomodolibet impediunt jurisdictionem Ecclesiasticam; Regem autem vel Senatorem non potuisse sibi quidquam jurisdictionis vendicare in materia excommunicationis; si qui autem in ea abuti irreperierit, debuisse consulere Pontificem, ad quem solum spectat tollere eos; idèò Cardinales Ursinus & Senonensis censuerunt mittendum Nunciū ad Regem, ceteri vero ne denegetur hoc negotium & aliis de causis scribendum ad Nunciū ut alloquatur Regem cum informatione plena quæ à Congregatione firmabitur, in qua adducatur rationes quod hoc est contra Canones, contra Bullam Cænz Domini, contra Serivium Dei, saltem harum animarum, contra publicam utilitatem hujus Provincie, contra etiam privatam interessè ipsius Regis, quia hæc via ei subtrahitur obedientia Regi, quia Hugonotti nihil aliud affectant quam evertere potestatem Episcoporum Catholicorum. Idèò que infens omnes & jubat revocari hoc Edictum & aboleri & abradi de libris in quibus scriptum est: quod si Rex se discesse ostendens, dicat expressè: Sanctissimum si viderit Regem non providisse, coactum iri exercere potestatem Spiritualem contra Senatorem Dolensem.

Rationes autem quibus mota est congregatio, separatim sunt adnotatæ manu Cardinalis Aleiati in hæc firmamam.

22 Totam materiam Cardinalis est solus iudex Ecclesiasticus c. corripiantur ubi glossa 24. q. 3. & c. Cum ab Ecclesiæ, ubi glossa de offic. Ordin. Abbas in rubr. de sent. excomm. n. 3. & quod excommunicatio minus rite recitè lata est ab ipso iudice Ecclesiastico, ad locum Superiorem Ecclesiasticum pertinet hoc error corrigere, c. Per tuas, c. Sacro, de sent. excomm. ubi Abbas. Idem præcipue ducendum si facta sit contra mandatum Concilii, quorum observandorum cura mandata est tantum Episcopis & aliis Prælati Ecclesiasticis. Reges autem & alii Principes tantum sunt moniti ut ea exequenda Prælati, cum opus fuerit, auxilio suo adunt; & si quid in hoc difficultatis emerit, consulendū est Summo Romano Pontifici, ut Decreto ejusdem Concilii sancitum est, sess. 25. tit. de recip. & observant. Propere Concilium d. c. 3. dicit quod si executio realis vel personalis hac ratione, id est propriè auctoritate & per proprios executores & iudices Ecclesiasticos fieri non poterit: tunc anathemate ferre possit: ergò non hæc forma & modo quo sententia Regis. Item hæc cognitio & iudicium data est ab eodem Concilio iudicibus Ecclesiasticis, etiam contra laicos, ut legitur d. c. 3. hic. Licet eis in causis civilibus ad forum Ecclesiasticum contra quoscunque etiam laicos, unde hæc manifeste est usurpatio Ecclesiasticæ jurisdictionis propter quam usurpantes incurant excommunicationem contentam in Bulla Cænz Domini, ut per Summum Angel. in ver. Excommunicatio V. casu 28.

23 Quarto, an si iudex velit excommunicare contumaces ex cap. 3. sess. 25. Trident. Concil. sit necessarium ut constet ex actis, realem vel personalem executionem fieri non posse, an verò sufficiat id extra iudicium liquere.

Excommunicatio quæ est penarum gravissima, c. corripiantur 24. q. 3. à Sacra Synodo d. c. 3. vers. Sed liceat tunc demum à iudice ferri permissum in contumaces, cum nulla alia illis remedia profunt, nec enim leviora sunt adhibenda, cum leviora sufficiunt. Sanctus Thomas in 4. dist. 18. Tabien. in ver. Excommunicatio 1. n. 3. vers. Utrum excommunicatio possit infligi: itaque si possit advertus eos fieri realis vel personalis executio, non esset deveniendum ad excommunicationem, ut in d. c. 3. vers. Quod si executio: non esse autem locum reali vel personali executioni videtur necessarium, ut constat ex actis ad hoc ut iudex rite adhibere valeat excommunicationis remedium.

24 Primo equum iudex ex seipso nihil iudicare debet, sed ex auditis vijsque apud acta iudiciorum, ut colligitur ex c. Iudices 3. q. 7. & sententiam ferre tenetur ex allegatis in iudicio & probatis; & quæ sibi ut iudici nota sunt, non autem ex his quæ privatis & extra iudicium cognovit, glossa in c. 1. de offic. Ordin. in verbo secundum quod Canon. Bart. in l. 1. n. 4. c. Ut qua def. advoc. partium iud. sup. Feder. de Sen. conf. 21. Namquid heres n. 2. Covar. lib. 1. var. resol. c. n. 1. & scripsi plenius in c. Canonum statuta à n. 52. supra de Confit.

25 Secundo, etiam notoria que nulli indigent probatione, c. De manifesta 2. q. 1. c. Evidentia de accusat. l. 1. ff. de integr. resit. tamen debet constare iudici, ut iudici ex actis esse no-

toria. Felin. in c. Pastoralis, n. 23. vers. Limitis primò de off. Ord. ergò longè magis debet constare iudicialiter non posse fieri realem vel personalem executionem, ut iudex possit deventre ad censuras.

Tertio, ubicumque non licet procedere ad actum nisi aliqua præcedat: constare debet illa præcessisse, ut actus gerit valide possit, nec statim assertioni agentis, licet probat Alex. conf. 101. n. 6. vol. 1. ubi ait non statim assertioni Principis alicujus bona ob rebellionem publicantis, nisi de rebellionem vel causa ingratitude conitet; cum enim præcedere debeat causa, non quam uti rebellis condemnatur, ubi creditur Principi de causa, nisi aliter constet quam per ejus assertionem ut notat DD. in l. Si forte, ff. de exher. pec. Itaque cum iudex in casu nostro ad censuras procedere non possit, nisi cum locus non fuerit reali vel personali executioni, consequitur debere id constare in iudicio legitime nec ejus assertioni esse quoad hoc fidem adhibendam.

Quarto hanc opinionem confirmant verba d. c. 3. in quo excommunicationes illæ que ad finem revelationis dēterminantur, penitus relinquuntur arbitrio iudicis; at in causis judicialibus vult omnia remedia tentari, nec nisi in subsidium ad censuras aditum patere, unde colligitur non sic habuisse Parres ut extra iudicium sciret judex cetera remedia non proficere, nam potuissent etiam in hoc iudicio arbitrium tribuere sicut inferiori, fecerunt.

Et ita in Tribunali Auditoris Cameræ usus obtinuit, nec enim hic aliter decernuntur censuræ quam si ex legitimis probationibus apud acta constat non esse locum reali vel personali executioni.

Quare proposito dubio, an si iudex deficientibus ceteris remediis, velit excommunicare contumaces ex Decreto c. 3. sess. 25. vers. Quod si executio, necessarium sit ut exactio constet realem vel personalem executionem fieri non posse, an verò sufficiat hoc extra iudicium liquere. S. Congregatio censuit non sufficere, sed necessarium esse ut constet ex actis per relationem Nunciū.

Secundo quæro, si duo sint in solidum obligati in forma Cameræ pro eodem debito & contra unum tantum possit deveniri ad executionem realem vel personalem, an contra alterum adversus quem non potest fieri executio realis vel personalis, possit ad instantiam creditoris in subsidium relaxari censura.

Præmittendum est primò post Concilium Tridentinum de reformationem Pii V. practicum in obligationibus Cameralibus de qua per Galef. ad 2. par. q. 3. fol. 8. secundum parvam impressionem absolutam esse, nam prius debitor confitebatur debitum coram iudice & iudex ex tunc condemnabat eum absolvendam creditori; & consentiente debitore ferebat excommunicationem sub conditione, nisi satisficeret in termino; & tunc elapso termino erat excommunicatus sine alia monitione. Hodie juxta reformationem Pii V. iudex præsentis & sic obliganti præcipit, ut die certâ solvat; & in subsidium ubi executio realis vel personalis facile fieri non poterit, in ipsum tanquam contumacem contemptoremque prius præcepti excommunicationem decernit, ut in Bulla 113. Pii V. incip. Etiam illa in Bullar. tomo 2. pag. 3. 8. unde inferunt ut etiam susceptio censurarum valide processit coram iudice competententi, non propterea censetur ultra irrogata excommunicatio, sed duntaxat præstitus consensus excommunicatioi ferenda.

Deinde præmittendum secundum formam antiquam, non esse locum questioni, quia cum supponatur lata sententia excommunicationis: non solum superest ejus publicatio ad effectum, ut excommunicatus evitetur secundum ea que ponit Galef. ubi supra de processu ipso, fol. 251. cum seq. quæ ratione Sacra Congregatio Concilii declaravit eum pensionarius non esse necessario servandam diligentiam quam præcepit Concilium, capite tertio, sessione 25. Hi enim vigore clausule in litteris Apostolicis insertæ, elapso termino, sententiam excommunicationis incurant, nec agitur amplius de illis excommunicandis, sed tantum de declaratoria in eis ferenda.

Tertio præmittendum, stante susceptioe censurarum, præcepto & monitione secundum stilum hodiernum, censuras non esse relaxandas, ubicumque ex mente Concilii d. c. 3. executio realis vel personalis fieri poterit. Siquidem reformatio obligationis Cameralis ab ipso Concilio Decretum manavit, ac proinde excommunicatio in subsidium decernitur & adhuc ipsius iudicis arbitrio relinquatur per Concilium d. c. 3. in ver. Quod si executio hic. Tunc etiam anathematis macrone arbitrio suo præter alias penas ferre poterit, junctâ l. non quidquid de iud.

His præmissis, censuras de rigore relaxari posse in reum contra quem executio realis vel personalis fieri non potest, etiam si alter reus similiter in solidum obligatus solvendo sit & contra



51 Quo vero ad Canonicum, responderetur idcirco fuisse illi assignata emolumenta, quia in his omnes redditus Capituli consistunt: quo casu, ex juris communis dispositione debentur sine diminutione, Canonicis absentibus studiorum causa, quia succedunt in locum praebandae est alioquin detur Canonica sine praebanda & privilegium sit elusorium: ita tenet glossa communiter approbata in d. c. Licet in verbo *Distribuciones*, verum. Sed quid dices, de prae. & latius ostensum est supra in 50. not. Et hoc casu cum scilicet universi Capituli redditus quotidianis distributionibus constant: Sacra Congregatio consuevit referre, ut Canonicis ex legitima causa absentibus assignentur duae tertiae illarum partes, amissa alia tertia quae inservientibus accrescit propter Decretum Concilii, cap. 3. sess. 21. ut scripsi in d. cap. De cetero in fine, de Cler. non resident.

52 Opponitur secundò, Archiepiscopus dum interest Divinis, percipit duas partes horum proventuum: ergò non sunt distributiones quotidianae, quae non debentur duplicatae eidem personae ratione duorum officiorum; non enim magis praesens est qui simul Archiepiscopus & Canonicus est, quam qui solus Canonicus, e. Cum olim de re judic.

Sed objectum tollitur, quia secundum magis communem Canonistarum opinionem obtinent in eadem Ecclesia dignitatem cum Canonicatu debentur duplicatae distributiones quam fecerunt Joannes Andreas, Abbas & Felin. in d. c. Cum olim; & de communi testatur Covar. lib. 3. var. resol. c. 13. n. 6. & ita respondit Sacra Congregatio in causa Alberti Luti Archiepiscopi & Canonici Metropolitanae Ecclesiae Senensis, die 7. Maii 1602.

54 Opponitur tertio, quòd cum ex praedictis proventibus deducantur onera spoliatorum & decimarum Papalium; hinc etiam videtur inferri, ut non sint quotidianae distributiones, quae hujusmodi oneribus non sunt obnoxiae, dict. Extravagant. Postulasti, §. Licet autem, de prae. Gemin. conf. 58. n. 18. Mantica conf. 1. per tot. lib. 1. Ferrer. conf. 237. per totum, libro 2.

55 At responderetur ut supra ad primum oppositum, videlicet id non procedere hoc casu in quo universi Capituli redditus consistunt in distributionibus, ut declarat Tiber. Decian. respons. 43. n. 14. vol. 1. ubi dicit absurdum esse contrarium asserere, cum praesertim usus quotidianus doceat de his distributionibus solvi supra dictas impositiones; & tamen de his ex sententia S. Congregationis non est contribuendum Seminario.

56 Opponitur demum, quòd in distributionibus quotidianis consuetudine induci non possit, ut interessentes Choro eas non percipiant, Lasp. alleg. 43. in princ. Mill. in reperi. in verbo *Consuetudo* non valet; & tamen ex Constitutione praedictae Ecclesiae, qui absumunt per quinquaginta vices, integras distributiones amittunt; ita ut quamvis postea infervant: tamen nihil percipiunt. Ergò signum est his proventus non esse distributiones, quia alioquin Constitutio non valeret, sicut non valet consuetudo, ut in terminis tradit Lasp. ubi supra in fin. & Franc. in c. un. §. Statuimus in fin. de cler. non resid. libro 6.

57 Ceterum responderi potest praedictam Constitutionem non disponere principaliter, ut inservientes Ecclesiae nihil lucrerentur, ut in casu Lapi & Franchi, sed ut absentes per quinquaginta vices amittant integras distributiones. Et quamvis in quandam consequentiam inde eveniat, ut qui eas amiserunt; postea inserviendo nihil lucrerentur: tamen hoc non debet attendi, sed quod principaliter est actum, l. 1. ff. de autor. tut. Bart. in l. Ambrosia in 2. reg. de decret. ab ord. fac. praesertim quia inter utrumque casum est evidens ratio diversitatis, nam consuetudo vel statutum ut inservientes nihil percipiant, propterea non valet, quia sunt damnosa Ecclesiae; reddunt enim Canonicos, ad inservendum seculares quibus nulla merces laborum praestituta est; & sic destruant finem augmenti cultus Divini propter quem instituta sunt distributiones quotidianae. Abb. in c. Licet in 2. not. de prae. Rota dec. 134. in novis. Dec. resp. 69. n. 2. vol. 2. & constat ex c. 3. sess. 21. Conc. Trid. & dictum est supra n. 41. at per contrarium Constitutio praedictae Ecclesiae metu poenae reddit Canonicos ad inservendum promptiores: unde cum respiciat Ecclesiae utilitatem & Divini cultus augmentum: potius censeri debet praeservata à Concilio, arg. d. c. 2. verum. Salvis tamen, sess. 21. c. 3. verum. Haec in his tantum Ecclesiis, sess. 21. c. 12. verum. Salvis nihilominus, sess. 21. c. 12. Et cum d. Constitutio edita fuerit in augmentum servitii Ecclesiae, operari non potest ut praedicta emolumenta fortiantur naturam fructuum praebandae, quia cum fructus hujusmodi dentur etiam absentibus ex legitima causa, sublati distributionibus: minueretur servitium Ecclesiae & induta in augmentum operarentur diminutionem contra l. Legatus inultiter, ff. de adimen. legat. & l. Quòd favore, C. de Leg.

60 Sed praeter oppositiones superius propositas, adhuc vide-

tur urgere contra Canonicos, quod in illis Ecclesiis, ubi redditus diversi in quotidianis distributionibus consistunt; hujusmodi distributiones succedunt in locum praebandae & fortiantur naturam fructuum, ut fuit ostensum est supra in penult. notab. sed ex fructibus praebandae clarum est contribuendum esse Seminario: ergò similiter contribuendum est ex his distributionibus, quae loco fructuum sunt subrogatae.

Verum responderi potest praedictam subrogationem in locum praebandae habere locum duntaxat favore illorum, qui habent privilegia de percipiendis fructibus in absentia, ut in Canonicis absentibus pro servitio Episcopi, vel in studio Theologiae & his similibus: tunc enim, ne alius privilegium sit elusorium, percipere debent hujusmodi distributiones, quae loco fructuum succedunt de jure communi integrè & post Concil. Trid. pro duabus partibus, ut dixi supra num. 51. & 52. & in d. cap. Licet à num. 124. de prae. At vero in materia odiosa, & restringibili, distributiones quotidianae retinent propriam naturam, nec ullatenus succedunt in locum praebandae: ad quod induco hanc Decretalem, nam Papa hic mandat assignari Canonico privilegio super fructibus percipiendis, videlicet beneficia sine distributionibus quotidianis in quibus universi redditus consistebant, ut probatur est supra in 5. not. & reddit rationem, cur hoc mandaverit, quia scilicet beneficia Principum sunt largissima interpretanda: ergò ut distributiones succedant in locum praebandae, non ex natura rei aut ex proprietate; sed per viam interpretationis extensivae; ad hujusmodi interpretatio fore extensio fit in favorabilibus tantum non autem in odiosis, quia odia restringi & favores convenit ampliari, ut in regula Sexti. Odis.

Et in hanc partem aliam respondit Sacra Congregatio Concilii, nam cum Canonici S. Juvenalis de Narnia non habentes distinctas praebandas, sed omnia bona in communi massa distributionum quotidianarum quae postea in fine anni distribuuntur interessentes in genere abique eo quòd aliquid certi habeant, petierint declarari an istae distributiones veniant appellatione fructuum, iuxta tradita per Gemin. in c. Praesenti, col. 5. verum. Ex his de offic. Ord. lib. 6. adeo ut qui non emiserunt fidei professionem, ipsas distributiones amittant ad praescriptum, c. 12. sess. 24. verum. Provisi autem; & quatenus amittant, an ceteris Canonicis accrescant vel Ecclesiae debeantur: Sacra Congregatio censuit dicendum primo, ut Canonici supplicent Sanctissimo pro gratia. Secundo, si praebanda adeo distincta à quotidianis, Canonicos lucrifacere quotidianas. Tertio, etiam dato quòd non lucrifecerint: non idèò distributiones accessuras aliis Canonicis, quia distributiones non servitium accrescant servitibus, sed illi Canonici servierunt, ergò sic. Quarto, si contendatur omnes redditus esse in quotidianis: licet alia S. Congregatio in una Pistorina. inclinaverit ut tunc habeantur loco fructuum & idèò perdantur: tamen quia materia haec est poenalis, censuit amplius deliberandum.

Sanctissimus gratiam fecit praedictis Canonicis, ut quamquam omiserint professionem fidei: tamen fructus faciant suos, non obitante Decreto Concilii; idque sive fructus sint verè, sive & multò magis distributiones quas jure lucrifecisse eos Sanctitas Sua dixit, prout & Congregatio sua censuit; sive etiam omnes fructus essent in quotidianis: quo casu quotidianae videntur loco fructuum, licet Sacra Congregatio in hac materia poenali nondum id declaraverit, sed in omnem eventum eidem Canonicis Sanctissimus Gratiam fecit.

Quòd si insistas, materiam contributionis Seminarii esse favorabilem, propter Ecclesiae & augmentum Divini cultus, ut colligitur ex contextu d. c. 18. sess. 23. praesertim hic. Quorum indoles & voluntas spem afferat eos Ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros; & hic Studium praesertim Deo & Ecclesiae inserviendi: necnon hic. Ut hoc Collegium Dei ministrorum perpetuum Seminarium sit. Ergò distributiones succedere debent loco fructuum, quemadmodum succedunt in aliis casibus favorabilibus & privilegiatis. Respondimus hanc materiam esse mixtam; partem enim est favorabilis, respectu scilicet Seminarii & Ecclesiae generalis cui Collegio suppeditantur ministri; partem verò odiosam, id est respectu Canoniorum quibus subtrahitur pars distributionum; & respectu cultus Divini in cuius favorem distributiones quotidianae sunt institutae, ut dictum est supra n. 41. & 58. at dispositio partim favorabilis & partim odiosa restringi debet quatenus praedicta alteri vel cultui Divino, ut in hac ipsa materia distributionum notat Abbas per illum textum in c. Licet in 2. not. n. 3. de prae. & consequenter non est locus supra dictae subrogationi. Idque jam probavit Sacra Congregatio, dum respondit ex distributionibus quotidianis non esse contribuendum Seminario: etiam si dividantur in fine anni; & in hujus universi Capituli redditus consistunt.



DE VERBORUM SIGNIFICATIONE

Idem Innocentius III. Episcopo Parisiensi.

CAPUT XXVII.

Novimus expedire, ut verbum illud, quod in antiquis canonibus & in nostro decreto contra falsarios edito continetur, videlicet, ut Clericus per Ecclesiasticum iudicem degradatus, saeculari tradatur curiae puniendus, apertius exponamus. Cum enim quidam antecessorum nostrorum super hoc consulti diversa responderint & quorundam sit opinio à pluribus approbata, ut Clericus, qui propter hoc, vel aliud flagitium grave, non solum damnabile, sed damnosum fuerit degradatus tanquam exutus privilegio Clericali, saeculari foro per consequentiam applicetur: cum ab Ecclesiastico foro fuerit projectus, ejus est degradatio celebranda, saeculari potestate praesente, ac pronuntiandum eidem cum fuerit celebrata, ut in suum forum recipiat degradatum; & sic intelligitur tradi curiae saeculari: pro quo tamen debet Ecclesia efficaciter intercedere: ut citra mortis periculum, circa eum sententia moderetur.

Pro illo vero falsario scelerato, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, ut in perpetuum carcerem, ad agendum poenitentiam ipsum includas, pane doloris & aqua angustiae sustentandum: ut commissa defleat & flenda ulterius non committat.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus traditur Curiae saeculari, quia degradatur saeculari potestate praesente, cui etiam denunciatur, ut recipiat illum in suum forum & n. 2. & 5.
  - 2 Aliud, distinctum est repetitiva similitudo & facit positionem ejusdem qualitatis ad praecedentia.
  - 3 Degradatio fieri non potest pro quolibet flagitio damnabili & damnoso, nisi in casibus in jure expressis ibid.
  - 4 Iudex laicus non potest praeveneri Episcopum in processu & sententia contra Clericum super crimine atrocissimo nisi post absolem degradacionem & traditionem Curiae saeculari.
  - 5 Privatio praesupponit habitum.
  - 6 Traditio Curiae saeculari intelligitur fieri, quando ab ipso Episcopo sit degradatus saeculari potestate praesente & pronuntiatur, ut in suum forum recipiat degradatum.
  - 7 Nec requiritur traditio manualis, sed verbalis.
  - 8 Carcer perpetuus est gravior poena quam possit Clericus imponi ab Ecclesia.
  - 9 Et proportionatur morti naturali.
  - 10 Carcer perpetuus non debet esse ita durus, ut infra paucos dies carceratus moriatur.
  - 11 Nec debet tantum subtrahi de victu necessario, ut verisimiliter debeat mori.
  - 12 Et Officiales hanc scientes sunt homicidae & irregulares & n. 13. & 14.
  - 13 Mors magis est afflictiva quam cum longiori languore sit.
  - 14 Misericordiae genus est, cito occidere.
  - 15 Praelatis Regularibus nefas est damnare subditum, ut fame pereat, praecipiendo aliis ne cibos deserant.
- imò se postea remittit ad ea quae scripsit in c. Excommunicamus, de haer. ubi n. 1. concludit pro tribus tantum criminibus posse Clericum degradari, videlicet pro crimine haereticis, pro falsificatione litterarum Apostolicarum & pro conspiratione in proprium Episcopum, prout etiam tenet glossa hic in ver. Tradatur, quam communiter sequuntur Doctores, nec in materia degradationis potest fieri extensio de casu ad casum etiam ex identitate vel majoritate rationis, ut efficaciter probavi in cap. Cum non ab homine n. 66. & 83. usque ad n. 90. supra de iudicis, ubi plene videas.
- In textu hic, & in suum forum recipiat degradatum. Pondera bene hanc litteram, quia per eam aperte reprobat opinionem Abbatis in c. Si Clerici n. 41. de iudicis, ubi dixit posse dare novam doctrinam quòd ubicumque Lex Civilis pro crimine atrocissimo imponit aliquam poenam ex severissimis, possit Iudex laicus procedere in Clericum super tali crimine & Episcopum praeveneri in processu & sententia; & eo degradato, legali poena punire. Hoc enim patet esse falsum, quia etiam pro crimine, pro quo expressum est in jure, ut Clericus debeat degradari, sicut est falsificatio litterarum Apostolicarum, de quo hic in text. tamen reus non efficitur de foro saeculari nec iudex laicus habet in eum jurisdictionem, nisi postquam ab Episcopo fuerit actualiter degradatus saeculari potestate praesente, &